E. 50.
inc.

Anf. 16. Jh.

50.

# Geruaſij Ameni drucenſis.

Lucubratiunculæ quædam non inuenuſtę.

Hymni Panegyrici ad ſacroſanctam ſemperq̃ veneran dam Trinitatem tum collectim tum diuiſim.

Odę in genere demõſtratiuo: nec non Cataplus elegiacus cum carmine quodam Sapphico ad Virginem Deiparam.

Elegię quũ de mutuis ĩter Chriſtianos bellis tũ aliis argumẽtiſ.

Oratio ſuaſoria ad capeſcẽdas litteras gręcas.

Vita Luciani Samoſatẽſis rhetoris e græco in latinũ traducta.

Hiſtoria longęuorũ eiuſdẽ Luciani etiã latio donata.

Inſtitutio liberorũ optima, nec prius impreſſa.

GR: HESS: UNIV: BIBLIOTHEK

E 2




h 50

Vęnundantur in officina Aſcenſiana.

## Parҽneticũ authoris carmen ad Lectorem.

Si tibi diuinҽ ſapit aurea vena poeſis:
Hoc lege quod lector nunc tibi vҽnit opus.
Noſtra pharetrati non muſa Cupidinis artes
Perſonat: aut Paphiҽ furta nephanda deҽ.
Non monſtroſa cupit Cretҽi ſtupra tonãtis
Scribere: nec veterum facta pudenda deum.
Illa prophanorum valeant molimina vatum:
Illa citis dentur ſcripta cremanda rogis.
Veros vera decent & ſacros ſacra poetas:
Non canit inceſtos caſta Thalia modos.
Hæc bibe quҽ viuis ſunt Chriſti e fontibus hauſta:
Queqȝ pias mentes dexteriora rigent.
σήμερον ὃσ ζώει λαμπρὸσ θανὸν αὔριον ἔσαι
ἓν οὖν ζῶε θεῷ, παντὰ γὰρ ἄλλα γέλωσ.
Sis q̃uis hodie clarus: te fata morantur
Craſtina. viue deo: cҽtera riſus erunt.

θανὸν .i. res mortua. vt triſte lupus ſtabulis. Quis p quãtũvis

Egidius Delphus Geruaſio ſuo. S.

Omnia torquentem dominum qui pingis iambo
Perge nec abſtineas demere tela Ioui.

Egidio Delpho ſacrҽ paginҽ pfeſſori ac prҽceptori ſuo plurimum obſeruando Geruaſius. S.

Pergam quando iubes, nec eñ fas iuſta negare:
Quum iuſtus numeros ſuggerat ipſe deus.

Ornatiſſimo viro Lodoico Budeo archidiacono Trecẽſi
Mecœnati ſuo Geruaſius Amœnus Drucenſis.S.

QVum ſuperioribus his aliquot diebus mor
bo ꝑpemodum deplorato,& qđ gręci aiunt
ἀρηκέσο laborarẽ vnice mecœnas: iniquum
tamẽ eſſe duxi vt cum corpore ipſe ſimul ani
mus pars noſtri pręſtantior elãgueret.Neq;
enim medicus vir frugi videbať:qui a bonis
ſtudiis omniq; animi munere tanq̃ a commouenda camerina Aagium.
prorſus abſtinendum inclamaret.nõ(inquã)ſtudebo?nihil ve
litterarum reponam:qui honeſtos labores inglorio ocio ſemp
antepoſuerim? Viſum eſt igiť humanę medicinę dubias leges
abrogare,& ad fœlicẽ illum medicũ conuerti q cũctis ad ſe ve-
nientibus certam ſalutẽ pollicetur. Itaq; primores haſce odas
atq; orationes deo ac intemeratæ virgini conſcripſi:ne cæleſti
gratię fructu prorſus orbarer:ſed vt iuſtiſſima illi⁹ ira quã gra-
uiſſimis meis noxiis ſuſcitaui hui⁹ precib⁹ atq; authoritati cõ
donareť.Quę qm̃ iuſtũ volumẽ nõ faciebant,nõnulla his alia
adiecimus: quę &ſi prophana ſunt:tamen ad vitæ inſtitutio-
nem & bonam mentem facere videantur. Nobis enim ea mẽs
ſemper fuit vt quũ omnia noſtra,tum primã ingenioli fœturã
auſpici deo conſecraremus:vel hoc maxime argumẽto: ꝙ quę
ad eum referũtur nunq̃ infœliciter cedere poſſint. Has igitur
primitias noſtras tuo nomini velut Pythio Apollini dico nun
cupoq;:qui & columen es & decus litterarũ. Nam ſic demum
me a Theoninis inuidorũ dentibus tutum fore cõfido:ſi velut
ſub vmbra tui faſtigii deliteſcẽs certum te mecœnatem ac pa-
tronum nanciſcar.Qđ ſi mihi continget futurũ ſpero vt ad lõ
ge fœliciora & quę nõ omnino lectu indigna ſint accingamur
Hoc tñ interim quantulumcũq; munus boni conſule: & Ger-
uaſium in tuorum gregem annumera:ſedulitate: obſeruantia
animiq; promptitudine nemini ceſſurum. Pariſiis ex collegio
Narbonenſi pridie kalendas Maias.

Τὴν τῶν πάντων ἀρχὴν καὶ τέλος ποιοῦ θεόν.

Hymnus Iambico dimetro conſtans ad glorioſam Trinitatem.

SAlue beata Trinitas
Quæ diſparem concordiam
Mundi rotantis inuia
Finxiſſe lege crederis.
Que rebus his exordium
Finem datura deſtinas
Quum finis aut exordium
Nullum tui ſit numinis.
Immenſa cuius claritas
Suo potenti lumine
Offudit illis putribus
Deis tenebras gentium.
Nam te ſacri libri canunt:
Te martyrum probat cruor:
Te ſigna firmant: te docent
Elementa: te Pluto timet.
Quare rudis gentilitas
Effœminatum deſinat
Iouem Tonantem dicere:
Quem Creta fallax edidit.
Non huius impuriſſimam
Prolem ſuper cœlos ferat:

Quam conſtat eſſe in inferis:
Et mille quos finxit deos.
Perdanť omnes funditus:
Qui gloriantes impia
Idola perdite colunt:
Tibiq; cultus abrogant.
Heu mox tenebras exuat
Othomanus infelicior:
Mahumeticiq; deuii:
Qui lippiunt cucurbitas. Adagiũ.
Hi mãcipenť tartaro
Ingratiores viperis:
Sed piſtis auguſtiſſimę
Da candidatis lauream.
Da noſtra mens, cui tu typum
Tui indidiſti, vt dulcia Triplex hominis hoſtis.
Mundi venena reſpuens
Te ſpectet vnam ac diligat. Mundus.
Nec hoſtis hanc domeſticus
Ferat per abruptum caro:
Nec artibus dęmon ſuis Caro.
Pręſtigiator opprimat.
Vt cum ſoluta carcere Dęmon.
Hoc corporis triſtiſſimo:
Fruatur illa nobili
Felicitate intermina.

Nec hęc fides certiſſima
Fallat: ſed hos per turbines
Cęci maris nos roborans
Ad ętheris portus agat.

## Ad omnipotentem Deum Patrem.

O Rex poli ſeptemplicis
Conſtans tua potentia
Qui cuncta ſecuriſſimus
Hęc cum coęuis ordinas:
Qui incompręhēſus omnia
Fœliciter complecteris:
Qui ſolus author temporum es
Nec te tamen tempus capit.
Qui fœdus his contrariis
Seruare rebus pręcipis:
Qui lucis & noctis vices
Statis agis ſucceſſibus.
Tu principis Memphitici
Minaciores impetus
Gregem tuum dum liberas
Ductore Moſe conteris.
Hinc te liquentes ęquoris
Fluctus Erythrei canunt:
Dum iuſta ſiccę pondera
Vireſq; terrę contrahunt.
Tute pro tuipſe.
Tute leonum triſtium
Mariſq; monſtri rictibus

Nouo tuo munimine
Sacros prophetas aſſeris.
Te terra Canaam potens
Miratur: & cuncti ſuis
Reges tyaris prorutis
Regem potentem prædicant.
Nunc ergo noſtra lumina
Reſolue: quo cernant tuum
Iubar: truceſq; corruant
Mox hoſtium præſtigię.
Nec nos tenebrę Caſpiæ
Et cęca cordis Iubila
Vltra morentur: quæ male
Ad inferos nos pertrahũt.
Nam nęniis ibericis
Hęc terra cęcat vanior:
Quę cuncta ſecum crimina
Vt Cęcias nubes trahit.
Fuga pauores panicos
Quos vndecunq; cernimus:
Et hoc pyrauſte gaudium
Quod nos dolori pręſtinat.
Fer labracas Mileſios
Auri ſacri: Lernam mali:
Altumq; faſtum pectoris:
Ne nos ad ima deprimat.

Vt fas tui clariſſimum
Nati triumphum cernere.
Quem ad te reuexit dęmonis
Victa truci tyrannide.
Et quos velut clementior
Parens habenis mollibus
Tractas: ſupernam liberis
Hęreditatem conferas.
Quod cum perennis permanes:
Et cuncta noſtra concidant:
Sic te precamur ſeruulos
Tuis perennes faſcibus.

Ad Deum filium Ieſum humani generis aſſertorem.

O Chriſte ſupremi patris
Qui crederis ſapientia:
A quo tibi mortalium
Mundiq; res eſt credita:
Cuius potens regnum ſuper
Liuentiores verbere
Humeros: quibus piacula
Mundi tuliſti perditi.
Nanq; vt creares nos deos
Homo creatus in crucis
Ara probroſe nobilem
Patri ſacraſti te hoſtiam.

Crux illa vere nobilis
Crux ſemper auguſtiſſima:
Quę ditis inſolentiam
Et principatum ſuſtulit.
Ecquis rogo mortalium
Triumphus hoc præſtantior:
Qui bella cuncta proterens
Pacem ſalutarem dedit!
Iamiam faceſſant ſæculi
Huius triumphi futiles:
Quos vana terrę gloria
Titillat vno nomine.
Tu par aui Canopicæ
Cunctis pelargis gratior:
Nam pro tuis duriſſimę
Vltro neci te deuoues.
Tui miniſtri nobiles
Fuſo triumphant ſanguine:
Sęuoq; vincunt ſubditis
Gladio ſuis ceruicibus.
Fac ergo nos qui repimus
Humi, in tuę palmam crucis
Tollas: & hic fœlicibus
Clauis tuis affigito.
Ne nos leo perambulans
Cunctis hienis vafrior

Dum noxius ſomnus tenet:
Inexcitatos opprimat.
Iam nos tui fragrantia
Prędulcioris nominis
Dementet: & pręclarius
Nos ſobrios inebriet.
Nam ſpirat hoc iucundius
Quã ſuccus ille balſami
Quem ſurculis ſtillantibus
Verpus nouis cultris agit.
Quã ſuaue nectar cœlitum
Quã moly: q̃ potentior
Panax: vel vna carmine
Quicquid Poetę congerunt.
O prolis aureę ſator
Fac vt futuri ſæculi
Sedens ſupernus arbiter
Nos ad patris dextram voces.

## Ad Deum Spiritum ſanctum.

O Spiritus ſanctiſſime
Vtrinq; manans iugiter
Qui iure fœliciſſimo
Fons charitatis diceris:
Qui fuſus es per omnia
Spirans vbiq;, quum tamen

Sis ipſe ſimpliciſſimus:
Nec te locus quiſq̃ capit.
Sermone cuius vbere
Ditata pollent guttura.
Qui vel rudes infantium
Linguas diſertas efficis.
Munus pręfandi quod petunt
Rudes poetę gentium
Surdis iugis & fontibus:
Mortalibus tu ſuggeris.
Quare ciere deſinant
Inauſpicatis rupibus
Phœbum Iouiſq; garrulas
Effœminati filias.
Nam dexter afflaſti tuo
Priſcos prophetas numine:
Vti Panomphęi patris
Scriptis referrent gloriam.
Tu ꝓbuiſti ſeruulis
Chriſti nouam facundiam:
Quo ſtemma pręclarum crucis
Per cuncta ferrent climata.
Fac ergo noſtra pectora
Tuis dicentur artibus:
Vt abdicatis te omnibus
Spirent loquantur ac colant.

Tu charitatis ignibus
Noſtra vſtules prȩcordia:
Situmq; purgans corporis
Mentem ſerenus innoua.

Et quos ſaguntina fame
Nunc gratiæ enectos vides:
Tuo ſalutari cibo
Clemens refectos munias.
Hauri quod heus tam perdite
Miſeros iuuabat antehac
Ne putris hȩc cupidinum
Ad ima fȩx mundi trahat.

Tu ſauciatos plurimis
Curato plagis triſtibus:
Et ſuſcitans hȩc funera
Mox redde vitȩ priſtinȩ.
Fac rore viuȩ gratiȩ
Riges quod aridum nimis:
Ne nos ſupernus infero
Colonus igni deſtinet.

Vt nos ſuperni liberos
Patris, duciſq; milites
Chriſti, tua hȩc communio
Vitȩ futurȩ copulet.

Odę dicolos diſtrophos altero verſu heroico hexametro altero iambico dimetro. Ad intemeratam Virginem.

Maxima ſtellantis ſalueto gloria cœli
Terræ ſalus, ditis tremor.
Cuius inacceſſa verbum de ſede parentis — Verbũ Chriſt?
Immenſus extraxit decor.
Quæ ſponſa es patris, quę Chriſti diceris arca:
Quæ apotheca ſancti ſpiritus.
Salue ſancta nouis cuius conceptio cœlos — Cõceptio.
Terraſq; replet gaudiis.
Nam dedit optatę pacis primordia: fœdus
Iniitq; nobis cum deo.
Quippe fuiſti eius templum: quod ſordibus vllis
Nunq̃ prophanatum fuit.
Tu pulchra in totum es o regis amica ſuperni.
Fęx eſt nec in te quępiam.
Nam vere es primi quæ ſola a labe parentis
Integra nil prorſus trahis.
Tu demum es ſordes a qua is procul arcuit omneis
Quem tu edidiſti paruulum.
Salue Auguſta dies quę aurorã lumine grato — Natiuitas
Solis dediſti pręuiam.
Salue q̃ thalamo clauſiſti intacta polorum — Annũciatio
Regem, angelo ipſo pronubo.
Salue quę vna es natura mirante reperta — Purificatio
Quæ virgo dicaris parens.

Aſſumptio.

Salue quæ terrę linquens cõmercia nato
Frueris tuo fauſtiſſima.

Tu regina poli & terræ: quæ ſydera longe
Sub pedibus alta deſpicis.

Tute es quæ quondam rerum ante exordia, mentis
Speculo relucebas dei.

Geneſis tertio.

Nam fore te cecinit pedibus quæ aliquando draconis
Protereret infeſti caput.

Vtriſq; iſtrumẽtũ ſignificat.

Te noua teq; vetus certatim pagina tollit
Eucomiis concordibus.

Te quondam obſcuris priſcorum oracula vatum
Ambagibus prędixerant.

Virga Aaron.

Virga ſacerdotis te pręludebat Aaron:
Quæ floruit diuinitus.

Rubus Moyſi.

Ille rubus grauidam Moſi flagrare putatus
Te pręcinebat virginem.

Virga Ieſſe.

Ortus Ieſſea radice es ramulus ille:
Qui flo ſculum dedit nouum:

Stella Iacob.

Tu noſtri patris es præfulgens ſydus Iacob
Mundo ferens gratum iubar.

Delbora te, Iudith, Heſter præſtantibus olim
Geſtis adumbrabant ſuis.

Roſa in Hierico.

Tu vernans Hierichana roſa es: fragrantia cuius
Cœlo tonantem depulit.

Arbor vitæ.

Arbor tu vitę quæ infauſti noxia fœlix
Ligni venena ſuſtulit.

Tu mediis dumis, mediis in ſentibus ortum — Liliũ int̄ ſpinas.

Nil lilium ſordis trahens.

Tu ſpecioſa olea in campis quæ pura tuliſti — Oliua ſpecioſa in cãpis.

Orbi virentem ſurculum.

Tu hortus concluſus cuius: perrumpere ſepta — Hortus cõcluſus

Nequiuit hoſtis callidus.

Tu fons ſignatus medicatas omnibus vndas, — Fons ſignatus.

Ad Chriſti amorem ſuggerens

Tu omneis delitias veluti paradiſus amœnus — Paradiſꝰ delitiaꝝ

Mortalibus progerminas.

Tu cedrus Libani longe lateqꝫ per orbem — Cedrus Libani.

Virtutum odorem differens.

Tu palma es: nullis potuit quę caſibus vnq̄ — Palma i Cades.

Flecti: nec vnq̄ deprimi.

Tu Platanus feſſis gratam mortalibus vmbram, & — Platanꝰ iuxta aquas.

Ramos fauoris porrigens.

Roſida tu vitis generoſo e palmite cuius — Vitis generoſa.

Botrus ſupernus prodiit.

Tu Gedeonęum vellus: quæ rore ſuperno — Vellus Gedeõis

Co npluta fœcundas ſolum.

Tu turris Dauid: tutiſſima mœnia cuius — Turris Dauid.

Non valuit hoſtis ledere.

Tu thronus es ſummi Solomonis eburneus, vnde — Thronꝰ Salomonis.

Rex iura dat mortalibus.

Tu phœbo cincta es mulier quam intexta corona — Mulier amicta ſole ex Apocal.

Totam ornat aſtris fulgidis.

8

Quę lunam incerto vultu variamq; vagamq;
Pedibus ſubactam proteris.
Aurora cõſurgẽs Tute aurora oriens, quę pellens nubila noctis
Solem indicaſti nuncia.
Ex canti co myſti co. Tute delitię ſponſi quẽ eduxit olympo
Mirabilis tuus decor.
Vnicerota poli ſummis e ſaltibus vrges
Venire in amplexus tuos.
Aurea tu terris renouaſti ſęcula: munduſq;
Epilogꝰ demon= ſtratiuꝰ. Auſpice te honores fert nouos.
Salue viſceribus quę hauſiſti magna pudicis
Magni tonantis pignora.
Inclyta tu regum proles, tu palma pudoris
Caſti, decuſq; martyrum.
Tute es lucifero longe formoſior aureo:
Ipſaq; luna blandior.
Tu matutino phœbo rutilantior, aſtris
Sublimibus ſublimior.
Tu vitreo cælo vel multo clarior, ipſis
Et angelis ſyncerior.
Aeois ſane es gemmis radiantior: hortis
Adonidis vernantior.
Gratior es caſia: Idaliis ſpirantior herbis:
Opobalſamo fragrantior.
Peſtanaq; roſa veris iucundior, albo
Et lilio albicantior.

Solibus hybernis æſtiua acceptior vmbra:
Fauonioq; gratior.
Tu niue candidior claraq; decentior aura
Auroq; puro purior.
Nectare & ambroſia diuinis dulcior eſcis:
Ipſaq; vita ſuauior.
Salue ſpes hominum cæci formido barathri:
Cęli triumphus nobilis.
Tute Elice perſtans quæ in cęli vertice, fluctus
Nunq̃ attigiſti Thetyos.
Tu cynoſura pia es quæ errantes dextera nautas
Ad ętheris portus agis.
Tu ſemper tutum es noſtris in rebus aſylum:
Quod vſq; ſontibus patet.
Vna potes meritam reſtinguere iudicis iram:
Natiq; tela vertere.
Ergo redemptoris iam nati agnoſcito mercem:
Tuiq; plaſma filii.
Et miſeros ſerues truculenti a fauce draconis
Qui nūcupant ſeſe tibi.
Vt quum noſtrorum ſit lerna piata malorum:
Scribamur inter Cœlites.

Catapalus elegiacus ad eandem pientiſſimam Virginem. Cataplꝰ nauigatio.

Virgo parens hoīm ſemper miſerata labores
Quę Chriſtum integra virginitate paris:

Mundus mare. Corpus cymba.

Nonne vides mundi hoc iactatos ęquore ſeruos:
Quos vaga tam crebro turbine cymba vehit?
Nonne vides vaſtas clauũ auulſiſſe procellas:
Noſtraq; nimbiferis carbaſa fracta notis?
Nonne vides fragili q̃ ſit male tuta tabella:
Fluct⁹ /tẽtatiões. Sutilis & q̃ corporis iſta ratis?
Quã tamen oppugnent fluctus tot vbiq; malorum:
Venti dęmonũ ſuggeſtiones Totq; procelloſi dira pericla maris.
Hanc circum horrendo truculentus murmure dęmon
Perſtrepit vt tumidis quaſſa fatiſcat aquis.
Scopuli ſuperbię. Hũc altis certat ſcopulis illidere faſtus:
Syrtes ſyrenũ & libidinis. Vtq; ruat grauius per loca ſumma vehit.
Nunc rurſum in blandas Syrenum pellere ſyrtes:
Tincta vbi nõ modico gaudia felle madent.
charybdis philargyrię. Hinc aperit rapidos zanclea charybdis hiatus
Et nunq̃ auri auro ſat ſatiata ſitis.
Scylla inuidię. Illinc inuidię perfundit Scylla venenum
Scylla venenatis inſidioſa plagis.
Ira bellua implacabilis. Iam vero ira rapit maris implacabile monſtrum
gaſtrimargia. Quæ gerit indomitis arma nephanda odiis.
Aſt adeo rurſus nos dementauit Iacchus
Paludes acidię. Vt miſerum ventris pondus ad ima premat.
Hinc male deſidię putres pigręq; paludes
Flamma Ambitionis. Inficiunt triſti linthea noſtra ſitu.
Inde caphareum mendacis lumen honoris
Fulget vt exitiũ naufraga cymba petat.

En porro Eumenides, quę admiſſo crimine flammas
Vibrant: & duro turbine mentem agitant.
Aſt ſua iuſtitię ſubducit lumina nobis
Phœbus: obductas nos ſunt ire vias.
Fluctuat his mediis hęc mens male tuta procellis
Nec quo ſe interea tuta receptet habet.
At pirata fero ſequitur molimine natus
Vt quos aſſeruiit ſanguine pdat ouans.
Ergo dei mater ſolita pietate ruentes
Eripe: & in tantis fluctibus affer opem.
Nec ſine nos extrema pati: miſerere laborum
Tantorum: & ſtygio detrahe ab amne tuos.
Ipſa leua ingenti ſcelerum ſub mole gementes:
Ne grauitas ſpurci ponderis ima petat.
Numinis vſq; tui fac ille fauonius oro
Spiret: tot miſeros qui in loca celſa tulit.
A te ſeruatos inter me adſcribito: nomen
Quę miſera ex hoim conditione capis.
Adſere nos nato mater quo marte ſecundo
Quę mihi promittunt funera monſtra domem.
Fac fuſis bobus igninomis videamus olympi
Agnū: qui mundi crimina cuncta tulit.
Vt tandem in cęlis inſigne celeuſma canamus:
Et fas optato littore poſſe frui.

Cōſciētię carnifici na. Sol iuſti tię Chri ſtus. Pirata aīa rū diabo lus. Maria mr̄ miſericor diæ. celeuſma clamor nauticus

Ad eandem Parthenicen de ſanctiſſima eius conceptione Carmen Sapphicum.

AEtheris ſalue decus o ſuperni:
Quæ ſalus terrę miſere ruentis:
Quæq; pallentum tremor inferorum
Iure vocaris.

Quæ Panomphęi genitrix tonantis
Diceris: nec non veneranda proles.
Quum tua immenſum capiunt puſilla
Viſcera Chriſtum.

Nam tua hæc pręſtans ſpecies parauit:
Vt patris verbum ſolium paternum
Deſerens vltro male corruentem
Viſeret orbem.

Gñſis.iii. Terra quũ nondum ſolide maneret:
Nec maris fluctus ruerent procaces:
Tu dei mentis ſpeculo nitebas
Clara virago.

Quippe te iam tum cecinit futuram
Quæ caput diri tereret draconis:
Quæq; victrici pede gloriantem
Funderet hoſtem.

Ergo lux hæc eſt niueis notanda
Calculis: quæ te veluti tenebris
Phoſphorum monſtrans noua nunciauit
Gaudia mundo.

Bella nam quondam male ſuſcitata
Contudit primi vitio parentis:

Cũq; ſupremo feriit tonante
Fœdera pacis.
Porro nil labis patrię reportas:
Nempe te puram voluit ſuperna
Puritas quam poſt tenero tuliſti
Pectore clauſam.
Arcuit ſordes ſibi ne moleſte
Afforent: quin dexteriore fato
Contulit pleno charitum beata
Agmina cornu.
Tota tu ſummi rutilans amica es
Regis: & nullis maculis parentum
Subiacens tanq̃ mediis rubetis
Lilia fulges.
Ac velut claro cynoſura cælo
Quæ micans nunq̃ tetigit venenum
Triſte telluris: nec inauſpicatas
Tethyos vndas.
At iubar perſtans rutilum benigne
Pręſtat: & nautas trepidos ſecundo
Ducit ad tutum propere ſalutis
Lumine portum.
Sic nec inſanos maris huius ęſtus
Semper in cęlis animo manente
Tangis: & nunc naufraga noſtra pręſens
Vela gubernas.

Ergo quũ tu ſis miſeris aſylum
Quod patet cunctis ſolito fauore
Iudicis bilem meritam tremendi
Telaq; vertas.

Elegię tres, quarum prima in blaſphemos Chriſti.

QVid laceras laceros heu tygride ſęuior artus
Membraq; tam diris vndiq; cęſa modis?
Quid iuuat heu Rhodiis iterum crucifigere verbis
Sancta ſalutiferę corpora fixa cruci?
Quid maleſane dei repetito conteris ictu
Pectora: quæ crebro verbere tunſa tument?
Impie (ſi neſcis) blaſphemans triſte retundis
Corpus, & illius vulnera cuncta nouas.
Quo quid in axifero potuit crudelius orbe?
En parat æoos vertere phœbus equos.
Quare age Tænarii dare vota paludibus orci
Deſine, & inferno reddere ſacra Ioui.
Deſine, ſupplicium niſi vis quod dira Siones
Chaſma hiatus. Gens eſt vltricis chaſmate paſſa ſoli.
Barbara ſydereis vel quo quinquurbia flammis
Permixto dudum ſulphure aduſta iacent.
Eya age diuino vel deſine ductus amore:
Quo duce cuncta ſemel monſtra domare potes.
Horrida vel ſcelerum te terreat ora piatrix.
Hoc docet a ſtygia ferre palude pedem.

Iam reſipiſce igitur, iam ſaucia reſpice Chriſti
Brachia, quę lapſis tempus in omne patent.
Grandia non hercle pro donis dona repoſcit:
Corda repenſuro da tua, ſola iuuant.

Secunda de mutuis inter Chriſtia nos bellis Elegia.

Siccine nunc pręceps hominū veſania creuit?
Siccine nunc cœlum terra peroſa riget?
Siccine nunc frenis ducūtur cuncta Megerę
Sęcula? & inferni ditis aguntur ope?
Vt iam conuerſis in mutua viſcera telis
Gens Chriſti effracto fœdere dira ruat?
Iam ſoluant elementa fidem, iam pendere leges
Et conſueta ſinat reddere iura polus.
Nulla Iouem rapidum diſcriminet humida Iuno:
Vt male grata ſuo ſęcla calore ruat.
Cuncta quoq; immenſo quæ librat pondere tellus
Cuncta ſinat rapido cōminuenda mari.
Falciger ingenito peredas Saturne furore
Quę tua nunc nobis pignora grata fluunt.
Cynthius extemplo radiantia plauſtra retractet:
Et vaga nocturnos Cynthia linquat equos.
Deuius errantes Phaeton confundat habenas:
Deucalioneę diſſoluantur aquę.
Iam Pluto exulta, dirę arridete ſorores:
Infrendenſq; altis rictibus hydra ſona.

Plaude triceps monſtrum: grandis tibi prȩda paratur
    En ruit in iugulos turba ſceleſta ſuos.
Turca quoqꝫ inſultet nobis: nam quod cupit illi
    Tellus vel nullo parta cruore venit.
Ac velut æous ganges huic ſeruit, Iberi
    Sic nullo illius ſigna labore ferent.
Nec minus arctois arctos concreta pruinis
    Qꝫ libyes æſtus: huic modo tura dabunt.
Nonne vrbs quæ ſpectat timidi freta concita Phryxi:
    Infelixqꝫ huius Grȩcia iura ſubit?
O ſuperi meliora precor q̄ noſtra requirunt
    Crimina: & humanis nunc date rebus opem.
Nec ſinite alternis iugulis hanc ludere gentem:
    Qꝫ bene fraternus conciliaſſet amor.
Et miſereſcentes huic cladi imponite finem:
    Vt gratȩ cedant arma cruenta togȩ.

Tertia ſacrȩ Theologiȩ eſt: ꝙ nūc ſophiſticis nugis paſſim contaminetur.

HEu heu q̄ duris adigunt me fata querelis
    Heu heu q̄ triſti eſt alea iacta manu.
Illa ego ſupremi quæ ſemine nata tonantis
    Inſtituo noſtri myſtica ſacra patris.
Qua nihil in toto fulget præſtantius orbe
    Quaqꝫ Panomphȩi panditur aula dei.
Heu dura infauſtȩ cogor diſcrimina ferre
    Sortis: & inuito ſubdere colla iugo.

Quippe meris iactans indigna ſophiſtria nugis
Proſtituit ſordes in mea regna ſuas.
Nãqꝫ hęc de lanis agitans temulenta caprinis
Mirum vt ſtentorea bellua voce tonat.
Prętides haud tanto pulſarunt arua boatu
Gnoſia: vt hęc raucis vocibus aſtra ferit.
Q꜡ manet infelix & Oreſte inſanior ipſo
Quiſquis in his nugis lumine captus agit.
O vtinam priſci qui me coluere parentes
Impia nunc rurſus ſęcla ſubire queant.
Non ego tam fœdo verſarer gurgite: tantis
Nec modo iactarer ſollicitudinibus.
Q꜡ ſi hęc quando foret noſtris exploſa theatris
Tempora Saturni mox reditura putes.
Scilicet & tempus veniet cum noſtra vigebit
Gloria: ſupremo non peritura die.
Interea excelſi foueat me regia patris:
Fata meis votis qui meliora dabit.

Carmen heroicũ qđ varia hoĩm ſtudia cõplectẽs ſummã demũ huius ſęculi felicitatẽ oſtendit.

QVam cęcis hominũ mens circunſepta tenebris:
Q꜡qꝫ infelici ſunt ſecula merſa ſopore:
Hic miſerandus opes, & Craſſi diuitis aurum
Cogitat: & nulla ſatiata libidine quęſtus
Munera fortunę: quę mox incertior vndis
Ipſa ferat: celeriqꝫ rota furibunda retractet.

Auaritia radix malorum.

Sup̄bia vitioꝝ faſtigium. Ille parum prudens capitur popularibus auris
Mobilis & vulgi ſtudiis: faſtuq; ſupino
Deſpiciens cunctos demēs ſe numen haberi
Concupit: & q̄ ſors hominis non noſcere curat.
Iſte nepotatur, citoq; abſumitur amens
Gaſtrimargia. Enſe gule, atq; dapum ſua dente aphrodiſia luxu.
Luxuria. Hunc rapiunt Veneris triſtes & ſemp̄ amarę
Illecebrę, multoq; madentia gaudia felle.
Ira furor breuis hunc tranſuerſum corripit: vt iam
Ira. Infelix nequeat verum ſpectare, ſed vltro
Cæcus in alterius ceruices fertur: & amens
Pręcipiti voto ruit implacabilis vltor.
Illum liuor edax miſera ratione perurit:
Inuidia. Dum videt alterius vel opes vel munera mentis.
Acidia. Gaudet olorinis alius requieſcere plumis:
Nec quicq̄ niſi corpus amat: qđ putre cadauer
Mox erit: atq; ipſis horrentibus eſca chelydris.
Amor litterarum. Aſt fato meliore ſuas hic collocat horas
Socraticis chartis, naturæ vt diſcere leges
Poſſit: & archanos ſophię penetrare receſſus.
Sic varias hominum mentes, diuerſaq; cernas
Conſilia & mores, quot vel non ipſa colores
Iris habet, vel quot turbatum non mare fluctus.
At demum hic felix rerum qui in vortice tanto
Virtutem tantum ſpectat, nulliſq; retentus
Illecebris, Chriſtum flagranti pectore quęrit.

¶Domino Guilielmo Merceri Narbonenſis Collegii primario Geruaſius Amœnus Drucenſis. S.

ESt in prouerbio humaniſſime vir ex mola tantũ ſalſa litare qui tura non haberent: quod mehercle vſu modo cupio mihi euenire: quum em̃ te noſtro quopiam munuſculo vł demereri vel potius venerari ſtudeam: nec mea inopia quicq̃ ex his quæ vulgus admiratur offerre mihi pmittat, hæc vna oratio ſeſe mihi offert quã tuo nomini nuncupare poſſim, Neq; alii cuipiam potius debetur atq; tibi: vt quę in celeberrimo tuo gymnaſio ea a me nuper habita ſit. Huic adieci vitã Luciani Samoſatẽſis iucundã ſane & perq̃ vtilẽ: vtpote in qua per inſomnii occaſionem mechanicę artis & diſciplinę cõcertatio pulcherrime deſcribatur. Qđ quidem litterariũ munus ſi probabis non mediocres ſtimulos ad maiora nobis adiicies. Bene vale & tuũ Geruaſium vt ſoles, ama.

¶Geruaſii Amœni Drucenſis oratio ſuaſoria ad capeſſendas litteras græcas habita in p̃lectionem grammatices Theodori Gazę.

QVum omnes artes gręcitatis inopia tam miſere laborent, tanta in caligine, tantis in tenebris verſentur ornatiſſimi viri: non hercle poſſum tanto vulnere, tamq; deploranda rei indignitate non grauiter commoueri. Qđ tametſi ea nobis nõ ſuppetat facultas vt tantam iacturã fortiter reſtituere queam, meos tamen in ea re conatus ſi non laude, certe venia dignos exiſtimaui. Quotꝰ em̃ qſq; non boni cõſulet, ſi cęteris ſua quibuſq; pte occupatis vnꝰ ego hũc laborẽ oĩm cauſa ſubire parẽ? Illud vero in primis me ad id currentẽ (qđ aiũt) incitauit q; Hieronymꝰ Aleãder vir (vt de Varrõe Terentianus ait) vndecunq; doctiſſimus pulcherrima in eã rẽ velut ſemina parauit: quæ ſi nouo cultu, nouoq; labore exer-

Captat bñuolentiã a re ipſa & a perſona ſua.

Depcat calũniam nouitatis.

cebuntur tandem ſuppululabunt: & largo prouentu ad vbe-
tiorẽ frugẽ perducent. Ad quod quidẽ magno aĩo capeſſendũ
vos tanq̃ ære bellico incitarem ſtudioſi adoleſcentes: niſi vos
ad hoc veſtra ſpõte ſatis animatos viderem. Et profecto res ea
eſt vt ad ſe amplectendam vos in primis inflammare debeat:
quam mehercle oĩm tum pulcherrimam, tum vtiliſſimam at-
q; adeo neceſſariam eſſe cõſtat, vt ſine qua omnis eruditio mã
ca mutilaq; eſſe videatur. Q̃d dum ita eẽ vel ſole (quod aiũt)
clarius, idq; q̃ pauciſſimis oſtendo vos mihi quęſo faciles pſte-
tis. Quum itaq; ſatis in confeſſo ſit nihil in hac immenſa rerũ
vniuerſitate magnificentius, nihil auguſtius, nihil deniq; prę
ſtantius eſſe ſcientia quę nos vna a pecudum conditione ſecre
tos diis ipſis adſciſcit: quid hac parte ſtudiorum laudabilius q̃
neglecta ne ſcientia quidem ipſa conſtet? Quid ea pulchrius q̃
non modo omnium punctis probatiſſima atq; ornatiſſima ſit,
ſed omnibus in vniuerſum diſciplinis gratiam ac ſplendorem
afferat? Quid ea deniq; magis cõmendandum citra quam ne
vmbram quidẽ doctrinæ vnq̃ aſſequamur? Et primum quęnã
quęſo artes, quęnam diſciplinæ? quæ non a græco fonte deriua
te ad latinos tranſfundentur quæ non gręcorum litteris pul-
cherrime cõmendantur? quæ demum non Athenas vt littera
rum omnium parentem atq; originem agnoſcant? At rurſum
quis horror quæ tenebricoſitas linguæ Romanæ niſi Attici-
ſmus velut ſydus quoddam dexteri⁹ affulgeat? quę deniq; ſte
rilitas, quæ inopia, quæ mẽdicitas latinitatis, niſi cecropio cul
tu & velut gręcanicis plumis conueſtiat? Quare non abs re Vi
ctruuius ſcriptoribus gręcis agendas gratias cenſebat: ꝙ egre
giis ingeniorum ſolertiis abundantes nobis copias præparaſ-
ſent vnde ipſi tanq̃ e fontib⁹ quaſlibet diſciplinas haurirem⁹,
& quorum e felici ęrario omnigenas eruditiõis opes eruerem⁹.
Sed iam ſcio quid interim obiectes: inuẽtas qdẽ a gręcis artes,
at eo interp̃tum ſtudio fideliq; induſtria nr̃is hominib⁹ tradi
tas vt iam ocioſis gręcoꝝ litteris non egeamus. Quid ais My
da? Non quæſo expectas vt alieno modo labore ſis diſertus?

Diuiſio nõ inuenuſta ĩ q̃ cõtinent orõnis ꝑtes.

Suadet ab honeſto.

Cõtẽtiones a firmiſſimis cauſę locis

Immo vero nulla apud nos diſciplina eſt (quod nū͞q diffitearis expertus) nullaq; litteratura: quæ græcorum operam denuo non deſideret: vſq; adeo deprauata ac perturbata omnia ſunt: & quæ Apollinis Oedipodis ve operam per omnia requirant.

Porro non & in ipſis rebus ita natura comparatum eſt: vt plante ipſę degenerent: genuinamq; illam ac inſititiam gratiam deperdant ſi cęlo terraq; peregrinę transferantur? Sic profecto nobiſcum vſuuenire Cicero teſtatur. Nempe vt dignitatem illā attici ſermonis perdas: ſi illius phraſim peregrina lingua quoquo pacto commutaris. Nec immerito quidem. Quas enim veneres, quātum gratię, quātam deniq; ſuaueolentiam Atticiſmum ſuo ſolo ſpirare credis? Hic profecto ſucculentę grammaticæ radices quæ olim velut Moly illud Homericū fructus vere lacteos multoq; ſuauiſſimos copioſiſſime promittāt. Hic nectarei deę Suadelę faui: qui te guſtati ſupra mortalium cōditionem euehant. Hic amœniſſimi Muſarum atq; adeo charitum ſeceſſus: vbi mox videbis īter apollineas hederam tibi ſerpere lauros. Hic ſinuoſos Romaniſq; inacceſſos Matheſeos ſaltus q̄ facillime tibi peruios penetrabis. Hic illa philoſophię tēpe: in quibus ſi quando ſpaciari tibi continget: non ad decennium modo vt Solon fecit: ſed vel totam vitam cupies peregrinari. Hic diuina ſacræ paginæ Ambroſia: quæ te ſalutari ſuo ſucco affatim paſtum in amorem dei miris modis trāſformet. Hic deniq; Palladis opes velut ſanctiore quodam ſacrario reconditæ: quæ ad omnes caſus quum res exiget proferantur.

Locus a ſimili.
Hæc Cice. in claris oratoribus.
Grāmatica.
Rhetorica.
Poetica.
Mathematicę diſciplīæ
Philoſophia.
Theologia.

Quare non iniuria huc in primis confugiēdum monet Quintilianus: qui haſce diuitias græcorum tam luculente ac ſolerter euoluit: vt qui eas denuo aperire contendat Penelopes telam retexurus videatur: Q; quemadmodum ex oceano vis amnium fontiumq; curſus illuc poſtmodū relapſuri initium ſumunt: ſic noſtrę omnes ad vnam diſciplinę & originem & vires & ſucceſſum a græcis ſortiūtur. Neq; vero græcanicus hic oceanus pluuias (quod ait Pindarus) aquas colligit: ſed viuo ipſo gurgite exundans beatiſſima non rerum ac verborū mo-

Quītilianus. x. & aliis ſequētibꝰ libris.
Adagiū

do verū etiam linguarum copia profluit: plenoq; erumpens al-
ueo obiecta ſibi ingenia mira fœcūditate ditat. Et profecto lō-
ge aliter ſapiunt in ipſis fontibus græci authores q̃ vel quauis
ratione tranſfuſi. Q̃q̃ vero quis non mauult (modo genero-
ſiore ſit animo) ex pellucentibus fontium ſcatebris viuas ac pu
riores aquas pete q̃ riuulos: riuulos? Immo potius lacunas vi-
tiataſq; paludes conſectari? Niſi forte ſint quibus velut ſuibus
vile cœnum potius ſapit. Neq; enim vnq̃ Grylli illi Homerici
defuturi ſunt qui miſeram pecudum ſortem humanę cōditio-
ni anteponant: quiq; præ frugibus glandes ad inſaniam vſq;
tueantur. Cæterum cū his bellum nunc ſuſcipiendū eſſe non
putamus: ne cum pecudibus dimicationē inire videamur: vt-
cunq; tamen curate ne hi ignaui fuci vos remorentur: qui tan-
Adagiū. q̃ edentuli veſcentium dentibus inuident: quiq; veluti talpæ
caprearum oculos aſpernantur. Atq; vtinam ſit tempus vnq̃
quo hercules aliquis qualem optamus hāc partem ſtudiorum
ab eiuſmodi mōſtrorum iniuria fortiter vindicet: ac velut hy-
dris confectis bonas artes in priſtinā dignitatē aſſerat. Iam ve-
ro quis poſthac in traducendi huius ſermonis prouincia par eſ-
ſe poſſit? quū nec ipſe ſibi Cicero in Arati trallatione ſatiſfece-
rit? vt alios taceam qui id muneris tam infeliciter aggreſſi ſunt
vt atticam illam gloriā obſcurare velle ſibi propoſuiſſe videan
tur. Vſq; adeo ſermo ipſe Romanus (quod & hieronym⁹ & A.
Gellius teſtantur) recipere non videtur illam ſolis conceſſam
atticis venerem ac dignitatem: quā in omni genere litteraturę
obtinuerunt. Huc accedit quod ait Quintilianus Romanam
facundiam circa rationem eloquendi non modo gręcanicę nō
eſſe conferendā: ſed ne locum quidem imitationis habere. Vbi
enim attica illa ſuauitas: vbi par copia: tamq; felix linguarū &
Occupa- quidem differentiū cōcordia? Vbi ſubtilitas? vbi pondus? Vbi
tio. deniq; verborum rerumq; proprietas? vt ne dicā interim accen
tus noſtros quū ſimilitudine ipſa min⁹ ſuaues, tum rigore quo
dam velut fractis ac reluctantib⁹ aquis fragoſos, atq; abruptos
refugere. Ad hęc, quot quęſo gręci omnigenarum diſciplinarū

codices a noſtris hominibus nōdum attētati: quos certe tanti
apud nos eſſe ipſa veri honeſtiq; ratio iubet, vt in hęc ſtudia re-
mis veliſq; incumbamus: huc tendam⁹: huc elaboremus: alio-
qui ingratiſſimi eoq; turpiſſimi futuri ſi rem tam præſtantem
tamq; modis omnib⁹ honeſtam per ignauiam & ſocordiam ne
glectui habeamus. Qꝫ ſi peculiari modo ratione aut ſingulari Ab vlti.
quapiam dote vt adminiculatiuę artes] pars hęc ſtudiorū tan-
tum cōmendaretur: nemo adhuc tum rei vtilitatē ſequutus:
hanc non amplectēdam curaret: nūc vero quū omnibus in vni
uerſum diſciplinis cōferat: atq; ita conferat: vt citra huius ſuf
fragium ad ipſas artes fruſtra aſpirem⁹: quis nō videt huic ſtu
dio plurimū operę atq; induſtrię deberi? Enimuero eſt vnicum
ſpecimen eruditionis & tanq̄ inexhauſtum quoddā copię cor-
nu extra qđ nihil amplius deſiderare queas. Age vero quid in
cauſa eſſe credis ꝙ veteres illi ſcriptores tanto nos interuallo
anteuertūt: & iam litterę Mādrabuli (quod aiunt) ordinē imi- Adagiū.
tētur? Nempe ꝙ has litteras negligim⁹ ſine quib⁹ nemo vnq̄
inſignis author habitus eſt: & quas vt noſtri maiores aſſeque-
rentur nullos adeo labores fugitarunt. Vergilius vnicum Ro-
manæ poeſeos decus non magnis ſudoribus Neapolim cōceſ
ſit: vt gręcis modo litteris operam gnauaret: idq; in tāta rei fa-
miliaris inopia? Cur ita? Nempe ꝙ ſatis illi perſpectū eſſet hac
vna tantum via ad auguſtiſſimū illud Cyclopędię faſtigiū qđ
tam feliciter aſſecutus eſt aditū eſſe: nec alia vnq̄ ratiōe ſuam
muſam, Arma virumq; decantaturam. Quid magnæ ſpes al-
tera Romæ Cicero? Nonne cum latinis græca coniunxit: &
Marco filio idem faciundum putauit? Quid Quintilianus?
Non has litteras ſuo primum oratori proponendas iubet: vt
cui poſtmodum vel inuito Romanæ vltro ſeſe præbituræ
ſint? Et ne multis moliar: quid omnes vno ore authores? non
flumina in ſuos fontes ante relapſura affirmant q̄ his litteris
neglectis bonas artes aſſequamur? Iam vero quanam ratio-
ne multiplices reconditaſq; Matheſeos artes nobis para-
uerimus: ſi huius litteraturæ fuerimus ignari? Neq; enim

aliis litteris Architas, Ptolemeus, Nicomachus, Porphirius,
Euclides, aliiq; permulti haſce diſciplinas poſteris reliquerũt.
Age vero non in medicis Hippocrates, Galenus, Paulus ęgie
ta, Ruffus Oribaſius, Alexander & eiuſmodi ſcriptores oĩa q̄
ad medicę artis cognitionem ſpectant copioſiſſime veriſſime-
q; tradiderunt? Sed quid ſacratiſſimę imperatorum leges? non
ne etiam gręcarum litterarum leges ſentiunt? quum omne ius
Romanũ ab atticorum nomo (id enim græce enunciandum)
Vide li- & Lacedæmoniorum theſmo primũ erutum eẽ cõſtet? quũ eti
bros dige am eius aliqua pars gręcanicis litteris mãdet? vt interea omit
ſtorũ titu tam tot gręcorum authoritates in iure paſſim citari: quę me-
lo de Ori hercle inſcitia gręcitatis adeo deprauatę ſunt vt ſi vel ipſi reui
gine iuris uiſcant authores id ſuorum laborum fuiſſe plane diffiteãtur.
Proinde vt ad philoſophiam accedamus: Non his litteris con
ſtat qcqd ſub Stoa Zeno, in academia Plato, in Nympheo Ari
ſtoteles, in Lycio Chriſippus ac Carneades, deniq; quicqd Xe
nophon, Theophraſtus, Plotin⁹ aliiq; omnes philoſophi labo-
ris exantlarunt? Quę omnia q̄ deprauate & corrupte, q̄ muti-
late & perperam, vt taceã etiam q̄ barbare & inepte latinis ſcri
pta ſunt: quis vel elementarius, & qui literas primis (qđ aiũt)
Adagiũ. labris tantum deguſtauerit ignorat? Sed ne gentiles litteras
tam anxie perſequamur: non ſacrorum vatum monumenta?
non ipſa ſacra pagina gręcis ſcripta eſt quam vt eam inde erue
ret Hieronymus quos quæſo labores non tulit? Qꝫ ſi inter
quinq; illas linguas quas velut monſtrum quoddam naturæ
tam abſolute percallebat: hanc pcipuam non habuiſſet: nunq̄
diuini templi fabricam ęgyptiis opibus tam magnifice inſtru
xiſſet, locupletaſſet, exornaſſet. Iam vero Auguſtinus qui ta-
men huius litteraturę non omnino expers fuit: nonne tamen
in libro confeſſionum vicem ſuam deplorat ꝗ his ſtudiis ope-
ram magis egregiam non impẽderit? quid Athanaſius? Quid
Baſilius? Quid Ciprian⁹? quid duo illi Nazãzeni? quid Chry
ſoſtomus? & in vniuerſum antiqua illa noſtræ religionis lumi
na nonne has litteras in primis coluerunt? futurum alioqui vt

Petri cymba quæ tot ac tam variis hęreſium fluctibus pene cõ
ciſa ac lacerata eſt: vix vnq̃ ad portum deueniſſet. Quo miror
minus ſi theologia ipſa quę quondã auguſtiſſima fuit maieſta
tiſq; plena nunc funditus concidat atq; ſubuertatur. Nã neo
terici poſthabita hac parte ſtudiorum ad inſanas quaſdam de
lana caprina digladiationes ac pene dixerim in deum blaſphe
mias ſe conferunt: & diuina illa inſtituta piaſq; meditationes
p̃ his ne nauci quidem ducunt. Quid? q; his tantum animo-
rum facit: Scotus Hydra illo platonico vel quouis adeo Eryce
ſpinoſior. vt ne viſis quidẽ litteris ſacris ſe tamẽ abſolutiſſimos
theologos profiteantur. Neq; vero dumtaxat nephas ducunt
a ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere: ſed velut quędam ma-
nus quibuſdam ſacris initiata veros theologos vt alienigenas
& viros ſupſtitioſos deuictoſq; illis legib⁹ inſectant̃. Q; ſi ĩ his
operę p̃cium facere vellent quid quęſo opus ſcotizare, aut oc-
chanizare aut iurare in cuiuſquã leges? Hi ſacris tantum inni-
terentur codicibus quorum velut altis radicib⁹ auguſtiſſima
noſtra religio tota innititur ac fulcitur. Tuentur tamen & hi
ſuas partes nemoq; non mauult vel quantumvis protrita at-
q; abiecta didiciſſe q̃ denuo doceri. Vſq; adeo habet mens no
ſtra natura ſublime quiddam & erectum, & impatiens cenſo-
ris. Q; ſi quando in hos ſtudiorum ſeceſſus excurres: vide q̃-
ſo q̃ cumulatum q̃q; gratum pręmium pro generoſis tuis la-
boribus ſis relaturus. Nam primum veluti e ſpecu illo Platoni
co in lucem eductus falſas rerum vmbras imagineſq; deſines
mirari, & ipſiſſimarum (vt plautine loquar) rerum diſcrimina
contemplatus velut nouum quendam ſolem intueberis. Hic
bracteatos Alcibiadis Silenos intus & in cute (quod aiunt) in
ſpicies. Hic imaginarias ĩaneſq; Epicuri figuras aſpernat⁹ in
ipſa rerum corpora te conuertes. Proinde hinc tanq̃ e ſpecula
proſpiciens clandeſtina maiorum furta depręhendes. Hic em̃
paſcua: rura: duceſq; Vergilii: hic omneis Ciceronis labores,
Hic Atticas A. gellii noctes, Hic calida Macrobii ꝯuiuia, Hic
induſtrias Terentii comœdias, Hic rudentem Apuleii aſinũ

Hydra apud Platonẽ verſutiſſimus ſophiſta.

Epiphonema.

Hic deniq; omnia omnium monumēta velut e theatro quopi
am conſpicies, Quæ vero nunc miracula ignarus ducis: cōti-
nuo tibi velut diuinitus afflato & vt grece dicam ευθουσια-
σμω quodā correpto ſordeſcēt: & ad ſublimia ac maxima q̄
q; aſpirabis. Parabit autem id tibi exactum iudicium in rebus,
addet neruos ingenio, eriget menti criſtas, eriſq; longe compo
ſitior atq; inſtructior ad quaſuis diſciplinas, Nūc eñ velut dyr
ceus ille Horatii cygnus tendes in altos nubium tractus, Nūc
rurſus per amœnam vtriuſq; fluminis ripam decurres, Et per
cecropii viridantia prata caiſtri, & qua Romani Tybridis vn-
da fluit. Quid hic vero dicam q̄ ornatum & clarum hęc te ſtu
dia reddit ura ſint! Ad hæc q̄ta ſit in vertendis græcis volu-
ptas, q̄ copioſus fructus, q̄ gratum deniq; p̄mium laborum, vt
mehercle vel id vnum ad hæc ſtudia amplectenda nos trahe-
re debeat & poſſit. Hoc vero ſatis in confeſſo eſt eos qui in lati
norum modo lectione tanq̄ ad ſcopulos ſyreneos conſenue-
runt non modo horridos ac ieiunos eſſe, paſſim ſtupere, humi
reptare, verūetiam in cunctis eſſe luſcioſos mucoſiſq; naribus
ac nullius prorſus iudicii. Quo fit vt dum hi ſe frugem tene-
re credant, quiſquilias tantum, dum corpus, p̄ſegmina, dum
nucleum putamina modo conſequantur, nec ſane mirum q̄p
pe q Platonici illi⁹ Morionis inſtar quāuis eruditionis vmbrā
citius amplectantur q̄ id ſine quo nulla conſtat eruditio, & a
A facili. quo vno diſciplinarum omnium ſinceritas pendet. Porro hoc
tam ſingulare munus vt aſſequamini optimi adoleſcentes
quātulum quæſo laboris exatlādum eſt! Et profecto vt ſingu
lę artes ſingulis vt ducet natura q̄tū libet ſequendę ſint, vna
Diſtribu linguarum peritia omnibus ex ęquo communis. Hic ſe muſis
tio. & Apollini totum conſecrarit. Ille rhetorice bonas horas col-
locandas putet. Alius muſicen in pręmium ſuorum laborum
referat. Alius ſcita pontificum & Cęſarum. Alius medicinam
quæſtuoſiſſimas omnium artes ſequatur. Alius in multipli-
ces matheſeos diſciplinas propenſiorem animum gerat. Ali-

tis in ſenſa philoſophiæ iuret. Hæc ſane pars ſtudiorum ad vniuerſos ſpectat & vniuerſis æque communis eſt. Vt enim linguas q̃tumvis diuerſas habeamus, communes tamen loquendi leges a natura accepimus. Quod ne te hic labor forte deterreat argumentum tanq̃ e tripode editum accipe qđ pinguiore minerua efferam vt vel manibus (quod aiunt) id percipere queas. Satis conſtat te vel medicinæ vel Theologiæ vel alii cuipiam diſciplinæ tuum animum addixiſſe: fac igitur primum vt his litteris per annum non ſegniter incumbas, tum demum eo ſtudio qđ tibi vnice propoſueras ſi lubet perſequere. Hac profecto ratione maius operęprecium te feciſſe vel vnico luſtro comperies q̃ decem alioqui luſtris eras facturus. At cur ita īquis? Nempe ꝙ innumerę ſint in vnaquaq; diſciplina græcę voces vel ipſa adeo neceſſitate a Romanis receptę quas mediusfidius intelligere maior fuerit labor q̃ has litteras nouo labore curare ediſcendas. Qŗǵ nec ſic quidem vnq̃ eas voces intelligere poteris: ſed pſitaci tantum aut poetridis picæ i morem reddere. Quo ſane vſu venit vt recepti etiam authores & quos claſſicos exiſtimaris in licētiam: licentiam? imo vero fœdiſſimos errores prolapſi ſint dum vocabulorum originem ꝑ inſcitiam grecitatis ignorarēt. Hinc enim Sidonius Apollinaris, & Prudentius in poematis ſuis & alii permulti toto cælo aberrauerunt. Detrahe latinis græcitatem & ſola propemodum charta inanis tibi remāſura ē. Qđ ne cui temere dixiſſe videamur huius rei guſtum (quod aiunt) ſuggeremus. Non ne quæſo artium, Muſarum, titulorum, diffinitorum, Troporum, Schematum grammaticorum rhetoricorum ac poeticorum appellationes grææcę ſunt? Non Elenchus Sophiſtarum? Non Syllogiſmus Dylemmaq; logicorum? Non Phyſice Philoſophorum? Non perplexę Mathematicorum voces? Non Muſicorum & Arithmeticorum multiplices numeri? Non aſtronomorum & geometrarum librationes?

Non medicorum morbi? Non ſacra theologorum vocabula? Nō demum omnia omnium nomina græca ſunt? quorum ſignificatione tantum perſpecta tota rerum ipſarum vis ratioq̃ habeatur? Huc accedit ꝙ noſtra Minerua atticam illam Palladem ſic per omnia imitatur, ſic ex ea pēdet: vt non magis annuli illi ferrei ex magnete Platōis. Quo fit vt abſq̃ græca romanam aſſequi poſſe vel teſte Fabio nequicq̃ ſperes. Vſq̃ adeo altera poſcit opem alterius & res coniurat amicę: vt ne dicam interim grçcorum codices quippe fontes diſciplinarū longe puriores ſanctioreſq̃ eſſe: quos vel ob id velit Horatius Nocturna verſari manu, verſari diurna. Neq̃ vero vel facilius vel commodius aliis attrita ſtudiis ingenia recreari poſſunt q̃ eblandiente gratia harum litterarum. His enim velut pabulo quodam lętiore alentur atq̃ eniteſcēt, & aſſiduitate illa romanarū lectionū fatigata renouabuntur. Et profecto pigri infeliciſq̃ ingenii eſt vt vnica lingua contentum nihil ſupra protritas vulgi inertis vires aggrediatur & claudi more pilam (qđ aiūt) cōtineat. Neq̃ enim ea res tam perplexa aut numeroſa eſt vt nō pauculorum admodum menſium intentione ediſcatur. Longam mediuſfidius operam facit ꝙ repugnamus. Dedit enim hoc nobis prouidentia munus: vt honeſta magis oblectarent & facilius pararētur. Proinde (quod Fabius ait) omnia breuiora reddet ordo & ratio & modus. Sed culpa in nobis prima eſt: qui ad rem tam honeſtam, tamq̃ frugiferam cunctatiores, difficultatis patrocinia ſegnicię prętexímus. Vt enim Themiſtoclem, Mythridatem, Ennium, diuum Hieronymum & innumeros pręteream: Non Craſſus ille Aſię præfect⁹ quinq̃ græci ſermonis differentias ſic tenuit, vt qua quiſq̃ eum lingua poſtulaſſet eadem ius ſibi redditum ferret? Cęterū vt ſenem adoleſcentibus vobis proponā. Non. M. Cenſorius Cato inter tantam ſcientiarum peritiam, inter tantos tumultuantis reipub. fluctus has litteras ętate iam declinata didicit? vt eſſet (quod Fabius) hominibus documento ea quoq̃ percipi poſſe quę ſenes cōcupiſſent. Qđ ſi illis annis iam emarceſcentibus & qui-

Cato ſexagenari⁹ litteras græcas didicit

bus maxime obſtet frigidus circum pręcordia ſanguis affecu-
tus eſt? quid quęſo par eſt vos facere quibus viridis ac florens
ætas, feruens ingenium, altiſſimum a rebus otium, ſumma p̄
ceptorum copia, cuncta deniq; affatim ſuppetunt ac patroci-
nantur? Q đ vero alii per tot maria, per terras, per tot rerum
diſcrimina quęritabant vix tandē ſibi comparabant: id vobis
deorum benignitas domi largit̄. Sed quid nos de honeſto aut
vtili diſputamus quū hanc partem ſtudiorum vel Diomedea
(quod aiūt) neceſſitate, idq; hoc ſęculo, magis neceſſariam eſ
ſe conſtet? Nam primū quis inficiabitur eam bonarum artium
cladem fuiſſe quū neoterici laborē malo genio detractātes has
litteras neglexiſſent, & ſibi male nitentes per omne genus eru
ditionis late graſſarent̄? Non protin⁹ ſuos quęq; diſciplina exi
tiales ſophiſtas habuit? Et vt a grāmaticis rem auſpicemur qd
nō cantharidū? quid non veneni ſemel ſerpſit? quū Diomedes,
Phocas, Priſcian⁹, & p̄ſca illa grāmatices columina: a nouitiis
peſſundarent̄ (q; ſine his litteris intelligi nequaq̄ poſſent) Et
Ebrardus. Vgutio, Catholicon & eiuſmodi lr̄arū peſtes emer
gerent: q nephario ac pene dixerim ſacrilego conatu nouā quā
dā grāmatellam auderent ſuſcitare? Nonne ſtatim irrepſerūt
qui velut gigantes in litteratū perniciē ſeſe deuouerēt: q augu
ſtiſſimam muſarū arcē hoſtiliore animo q̄ vnq̄ Hannibal vrbē
amolirentur? quos vtinā Hercules cū cęteris monſtris cōfeciſ-
ſet. Hinc prima mali labes, hinc gothica illa plaga, q̄ Roma-
nas artes tam miſere euertit. Age vero non hęc morbi cōtagio
medicinā inceſtauit: quū Hippocrate, Galeno, P. ęgineta & p
batiſſimis quibuſq; reiectis ad Egidium de vrinis & eiuſmodi
portenta ſe nouitii conferrent? Nō illuſtres matheſeos diſcipli
nas extinxit quū Ptolemęus, Porphyrius, Euclides, & alii hu-
ius ſciētię tibicines ſupprimerēt: & Io. de ſacroboſco aliiq; bar
bari authores in p̄cio haberi cœpiſſent. Et vt ſacrā anchoram
ſoluam⁹ non in philoſophiā? nō etiā in ipſam Theologiā hæc
peſtis graſſata eſt? quā vtrāq; captioſi illi Ariſtotelis interp̄tes
ſuis tribulis ac vepribus adeo impediuerūt: vt nimirū illarum

fruges in loliũ degenerarint: & vix vnq̃ ad aliquã meſſis frugẽ
ꝑduci queant? Qđ hic enim deum immortalẽ non lolium? aut
quæ non ſteriles dominantur auenę? Vt mehercle iã nulli⁹ bo
nę expectationi locus magis q̃ frugibus in terra ſentibus ac ru
bis occupata. Iam paſſim Scotus velut anteſignanus primas
tenet, iam Occham, de Lyra, Burleus, Bruno aliiq; neoterici
antiqs ſacriſq; interp̃tibus abactis, in p̃cio habent. vſq; adeo vi
cioſa placent, Quare quis nõ videt breui futurum vt tota bo-
narum artium maieſtas ſemel concidat ac ſubuertatur ni tam
deplorãdę calamitati his ſtudiis occurramus. Qꝫ ſi antiquarũ
litterarũ candidatis vtraq; ex ęquo grãmatice veliſq; paribus
coniũctis vt vult Quintilian⁹ ꝓponeretur, Si a mathematicis
Architas, Ptolemęus, Nicomach⁹, Porphyrius, Euclides non
deſyderarent, Si inter medicos Hippocrates, Galen⁹. P. ęgine
ta, Ruffus, Oribaſius, Alexander & eiuſmodi attici regnarẽt,
Si a noſtris philoſophaſtris diuus Plato quẽ religionis nrę my
ſteriis accõmodatiorẽ affirmat Auguſtin⁹, ſi Ariſtoteles inter
p̃tib⁹ Hammonio, Simplicio, Themiſtio, Alexãdro Aphrodi-
ſeo, Philopono, Euſtachio & aliis ꝑipateticę ſectę eruditiſſimis
viris, ſi mellitiſſimus Zenophon, ſi diuinus Theophraſtus, ſi e
legãs Plotin⁹, & veri illi philoſophi lectitarent, Si a nr̃is Theo
logię ꝓfeſſoribus ſacri modo codices Hieronymo / Auguſtino
Ambroſio / Chryſoſtomo & eiuſmõi interp̃tib⁹ quoꝝ eruditio
quũ vberior antiqorq;, tũ pietas ſpectatior, accõmodatiorq; in
terp̃tatio lr̃is arcanis, iã ꝑfecto literę auguſtiorẽ formã indue-
rent, iã plane redirẽt ſaturnia regna tãdẽq; orbi illuceret aurea
illa Platonis ętas quã tot nos ſęculis expectam⁹. Quare ſi vos
veri honeſtiq; natura ſplẽdorq; delectat optimi aduleſcẽtes, ſi
vos ſollicitat ratio vtilitatis, ſi ſũma & incredibilis in his lr̃is ꝑ
diſcendis voluptas facilitaſq;: poſtremo ſi ipſa vl' pluſq̃ Adra-
ſtea neceſſitas mouere põt pulcherrimũ hũc oim apicẽ ac Co-
lophonẽ (qđ aiũt) vr̃is ſtudiis adiungite vt felicẽ illã cyclopę-
diã orbẽq; lr̃arũ tãdẽ aſſequamini. Vobis aũt prima via ſalutis
(qđ minime remini) graia pãdet ab vrbe. Hoc vult Mercuri⁹,

hoc ſuadet phœbꝰ, & ipē q mō pierio ludit iamne chorꝰ. Dixi.

## Compendiaria vita Luciani Samoſatenſis rhetoris quū a Suida tum aliis authorum monumentis excepta.

LVcianus ſophiſta Samoſatenꝰ ob mores Atheos cognominatus Traiani tēporibꝰ floruiſſe fertur. Chriſtianus primū fuit ſed poſtea deſertor auguſtiſſimā noſtrā religionē multis ꝓbris laceſſiuit. Egit primū cauſas: qđ cum infeliciter ceſſiſſet ad oratoriam dialogoſq; ſcribēdos ſe contulit. Horꝫ autem nōnullis Chriſtianam etiamnum religionem non mediocriter inſectatus eſt. Porro q̄ miſerrime obiiſſe ꝓhibetꝰ: nēpe a canibus vt par erat laceratus vel vt alii aſſerunt rabidꝰ effectus. Eſt autem Samoſata Comagene vrbs in Syria non procul ab Euphrate. hic Samoſatenſis & ſamoſatenus & vt ait Stephanꝰ σαμοσατεὺσ. Proinde Comagenes partis ſyriæ meminit Iuuenalis his verbis. Tractato armeniꝰ vel comagenus aruſpex.

## Inſomnium ſeu vita Luciani Samoſatenſis rhetoris e grȩco in latinum traducta Geruaſio Amœno Drucenſi interprete.

QVum ad ſcholas proficiſci iam ætate pubeſcēs deſtitiſſem, decernebat pater meus cum amicis quidnam me inſtituendum curaret. Plurimis igitur eorum viſa eſt diſciplina quum labore multo & tempore diuturno, tū ſumptu non modico magnaq; fortuna indigere, rem vero noſtram tenuē eſſe & breue quoddam compēdiū auxiliumq; deſyderare. Qꝫ ſi harū mechanicarū artē quāpiā addiſcerē viſū ē primo me ſtatim ex ea poſſe parare q̄ victui ſatis eēnt, nec āpliꝰ domi inutilem fore: idq; tam grādem: atq; adeo paulopoſt me lȩtificaturum patrem: dum ſemper illi meum peculium ac lucellum deferrem. Secundȩ vero deliberationis caput erat q̄nam optima artium eſſet eademq; facillima ad ediſcē dum & homini libero conueniens, q̄q; facile ſumptum ſuppeditaret. Alio igit̄ aliā laudāte vt ſuā quiſq; ſentētiā ac expiētiā hēbat

pater in auũculum cõuerſus(aderat enim auunculus optimꝰ ſculptor & primarius lapidicida)nephas eſt(inquit)aliam ar- tem tua digniorem a nobis te pręſente iudicari. Quare ipſum accipe(me autem demonſtrabant)& fac aliquando in clarum ſculptorem euadat. Hoc enim ingenii felicitate quadam vt tu te noſti pręſtare poteſt. Id autem coniectabat ex puerilibus qui buſdam imagunculis meis quas a ſchola regreſſus cęra plæſtũ- qꝫ formabam. Iam tum enim cæram incidens, aut boues, aut equos, aut mediuſfidius etiam homines effingebam: nec ſane vt patri videbatur indecenter. Quorum cauſa ſępe pręceptori bus dedi pœnas. Iam vero vel hæc probabilia argumenta doci litatis erant: efficiebantqꝫ vt ſperarẽt parentes artem me breui aſſecuturum. Vbi igitur artis auſpicandę dies idoneus viſus eſt auunculo trador: & per Iouem rei nõ admodum reclamans neqꝫ inuitus: quippe qui eam artem & iucũdam & oſtentatio- nem quãdam apud ęquales meos habere putarem ſi deos effi- giare & ſtatuas mihi & aliis pro arbitrio exprimere viderer. Pri mum itaqꝫ vt nouitiis huiuſce artis conſueuit celte quoddam mihi tradens auunculus præcepit vt tabellam quæ in media taberna collocata erat leniter contingerem ac cęlarem: dictum illud adiiciens quod in ore omnium eſt Principium dimidium totius. Cęterum cum cruſtam eiuſmodi ob imperitiam paulo duriꝰ q̃ par eſſet cõtrectaſſem plane cõminuta diſſiliit. qđ mo leſte ferens auũculus me immãſuetiſſime ac indigniſſime ver- berauit adeo vt artis ꝓhemia lachrymę mihi fuerit. Illinc ergo me proripiens in paternã domũ cõfugi, cõtinuo clamore & la chrymis abunde profluentibꝰ. Tum narro quanam ratiõe me cum egerit auũculus: plenuſqꝫ lachrymarum vibices oſtendo. Subinde vero eum nimię crudelitatis accuſans adiiciebã hæc eum inuidia feciſſe ne ſcilicet aliquãdo ſe arte ſuperarem. Qđ quidem factum adeo indigne tulit mater vt propterea fratrem grauibus peteret conuitiis. Interea vero nox aduentauit ĩ qua vel ipſis in lachrymis conſopitus & obdormiens quidnam mi hi agendum eſſet mente volutabã. Hactenus ridicula & pue-

Naturę dexteri- tas ĩ pcipi endis arti bus mltũ poteſt.

Dimidiũ facti q be- ne cœpit habet.

Captat at tentioné.

tilia fuere. Poſt hæc vero nequaq̄ deſpicienda viri audietis: immo vero quę auditores vel q̄ attētiſſimos requirant. Vt igitur Homeri verbis vtar diuinum inſomniū per ſolitudinem noctis mihi obiectum eſt adeo clarum: vt veritati nihil propius eſſe poſſit. Ipſæ etiamnum facies eorum quæ mihi tum apparuere ad hoc vſq; tempus oculis immanent: verbaq; audita auribus inſonant: ita certa omnia fuerunt. Duę mulieres me manibus arripientes ad ſeipſas certatim trahebant admodum quidem violenter ac dure ita vt me ſuo certamine fere diſcerperent. Et iam quidem altera vicerat: meq; ſibi totum ferme habebat, ab altera rurſus diſtrahebar ſtatim. Tū illæ ſibi inuicem inclamare. Hæc quidem ꝙ me iam ſuum teneret, altera vero ꝙ rē alienam nequicq̄ ſibi vendicare conaretur. Harum autē vna erat ars mechanica, robuſta, ſquallentibus comis, calloſis manibus ſuccincta veſte & calce tota diſperſa, qualis erat meus auunculus quū lapides incideret. Altera vero eleganti forma, pulchro aſpectu, & perq̄ decenti ac ornata veſte. Tādem vero arbitrio meo permiſerunt vtram ego potius ſequi mallem. Prior ergo dura illa & robuſta ſic exorſa eſt. Ego chare puer ars ſtatuaria ſum quam heri diſcere occepiſti, domeſtica peculiariſq; tibi, & cognata familię tuę. Auunculus enim tuus (auunculi nomen indicans) lapidicida erat: & vterq; auus per nos clari euaſerūt. Quare ſi a nugis & deliramentis iſtius (alteram demōſtrans) abſtinebis: mihiq; adhęrere & vna mecum habitare voles: primum quidem genialiter educat⁹ humeros fortes ac robuſtos habebis, procul ab omni inuidia: nec tuorum deſertor in alienam patriam commigrabis. Neq; vero te moueat ꝙ ob ſermones aut facundiam homines te non cōmendabunt: ſed neq; corporis ſimplicitatem, aut veſtium ſordes abomineris. Ab his enim auſpicatus Phidias ille Iouem nobis demōſtrauit atq; effinxit. Polycletus Iunonem expreſſit. Miro celebratus eſt. Praxiteles miraculo fuit, quinimo & cum diis ipſis coluntur. Q; ſi quādo vnus eorum fias quid quæſo non glorię apud homines aſſequeris? patrem vero beatum, cunctiſq; amabilē red-

Inſomnium.

Schema hiſtoricū

Antypophora.

des, & vniuerſam patriam tua gloria illuſtrabis. Hæc & plura eiuſmodi ſtatuaria blaterans barbare effutiebat, magnoq́ʒ ſtudio hæc inculcans in ſuam me ſententiam ac partes trahere conabatur. Cæterum aliorum verborum non vlterius memini, plurima enim e memoria exciderunt. Proinde vbi hæc finem dicendi feciſſet: altera ita exorſa eſt. Ego mi fili diſciplina ſum, iam tecum ingenita & tibi nota, tametſi in meos fines nondum penetraris. Quæ igitur bona habiturus ſis lapidicida factus hæc enarrauit. Subticuit vero ꝙ mechanicus tantum eris, vno corpore laborans, in quo omnem ſpem vitæ ſis repoſiturus, ignobilis, abiectiſſima quęq́ʒ & viliſſima tractans, humilis iudicii, expers omnis prudentiæ, Amicis vero in forenſi iudicio vſui eſſe non poteris, inimicis non terrori, ciuibus non voluptati gratiæ ve aut deſyderio, ſed operarius tantum eris, idq́ʒ vnus ex multa populi multitudine primores ſemper reueritus ac metuens: nihilq́ʒ prorſus curans niſi vt locupletis nomen aliquando nanciſcaris. Vitam alioqui leporis agens, ſemperq́ʒ expoſitus harpagationi ac prędę potentiorum. Q̃ʒ ſi Phidias olim vel Polycletus euades & admiranda quæpiam opera edes, artem quidem laudabunt omnes: nemo tamen erit (ſi quidem mentem habeat) qui quod eris fieri velit. Qualis autem vnq̃ eris? Nempe mechanicus, operarius, tuis tibi manibus victum quæritans. Q̃ʒ ſi mihi auſcultabis primum quidem tibi multa antiquorum monumenta oſtendens præclara eorum facinora ac rationes commonſtrabo: teq́ʒ omnium vt ſemel dicam peritum reddam. Porro tuam animam (quæ potiſſima tui pars eſt) multis & quidem præſtantiſſimis ornamentis vtpote temperantia, iuſtitia, pietate, manſuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, honeſtarum rerum amore & alacri ad pulcherrima quæq́ʒ ſtudio exornabo. Hæc autem vt vere dicam incorrupta ſunt animæ ornamenta. Sub hæc

Adagiũ.

Hypophora.

Virt⁹ incorruptũ aię dec⁹.

vero nihil te antiquum decorum ve latebit. Sed præclara om-
nia & honeſta mecum prçuidebis: & in vniuerſum diuina hu-
manaq; omnia te breui docebo: & qui nunc pauper atq; ob-
ſcurus de ignobili arte amplectenda ſic deliberas, paulo poſt
apud omnes acceptus, honoratus, ac cum primis ſpectatus
eris. Iam vero ab his qui tibi genere & diuitiis præſtant ve-
nerationi habeberis: & hac ipſa veſte, qua ego tu quoq; ornabe-
ris. (ſuam autem veſtem tum oſtendit quamadmodum pre-
cioſam geſtabat) tum exiſtimaberis dignus qui quoduis mu-
nus ac magiſtratum geras. Qꝫ ſi quando te aliquo pere- Virt⁹ nſi
grinari continget: non ignotus: nec peregrinus iudicaberis. q̃ pegrĩa.
Huius vero indicia atq; argumenta erunt ꝙ quiſquis te
ſpectabit propinquum admonens te digito monſtrabit, hic
ille eſt (inquiens) Qꝫ ſi quid quod conſultatione dignum
ſit emerget, & quod amicos vel vniuerſam ciuitatem vrgeat
protinus omnium oculos in te conuertes. Et ſi quid te dice-
re continget omnes tuo ex ore pendentes atq; auſcultabun-
di te audient, & te diſciplinę gratia, parentemq; qui te genue-
rit, fœlicem iudicabunt. Proinde ea quæ mortalem immor-
talem reddere aiunt ipſa tibi comparabo: & q̃uis munus na-
turæ debitum ſis aliquando perſoluturus nunq̃ tamen interi-
bis: quippe qui apud eruditos vſq; victurus ſis: cunq; proba-
tiſſimis & optimis quibuſq; perenniter verſaturus. Vides De-
moſthenem illum? cuius rogo filium? Ego vero illum tantum
feci. Vides Aeſchinem? qui q̃uis tympaniſtriæ filius eſſet: Agit ex-
huic tamen non dubitauit vel ipſe Philippus inſeruire. So- emplis.
crates vero qui & ipſe ſub ſculptoria arte educatus eſt: quum
præſtantioris meæ huius vitæ rationem deprehẽdiſſet & ab
illa hoſpite (quod aiunt) inſalutato ad me diuertiſſet audis
quanta apud omnes in veneratione ſit. Qꝫ ſi te tanti ta-
leſq; viri non mouebunt, non præclarę actiones, non honeſta
ſtudia, non elegans cultus, non honor, non gloria, non laus

non dignitas,non excellentia,non virtus,non poſtremo vt ſtudiorum gratia inter beatos à vulgo habearis,nec vt p̄clarę apud omnes ſis exiſtimationis:ſordidum quidem ſagum indues,ſeruilemq; habitum aſſumens,cælum ſcalpellum & eiuſmodi ſculptoria inſtrumenta in manibus habebis,operi incūbens,terramq; deſpiciēs:& omni in te abiectus nihil vnq̄ ſuſpicies quod ſit virile,liberum,aut commendandum,ſed id tantum ſtudebis vt tua opera ſuis numeris & figuris rite conſtēt.

Mechanici ſuorū operū maiore q̄ ſui rōne hn̄t

Vt vero tu compoſitus & ornatus eſſe debeas nihil penſi habebis:ſed te duriorem inhonoratioremq; vel ipſis lapidibus efficies.Hæc igitur ipſa adhuc dicente non expectans ego vt orationi ſummum faſtigium imponeret:continuo proſilii:& deformē illam ſtatuariam derelinquēs ad diſciplinā tranſfugi apprime geſtiens ac gaudens,idq; maxime ꝙ ſcuticam illam q̄ dederam pœnas obiecit & vibices quas heri ſtatuariam vixdū aggreſſus acceperam refricuit.Illa autem contempta primum quidem indignata eſt,manuſq; collidens ac dentibus infrendens,poſtremo vt de Niobe illa audim[9] obriguit:& in ſaxum transformata eſt.Quæ ſi paradoxa ac præter fidem vobis videbuntur ea tamen falſa nequaq̄ exiſtimetis.Quippe mirabilia inſomnia ſunt.Tum vero in me conuerſa altera,tibi (inquit) ob huius iudicii æquitatem vices q̄ cumulatiſſimas repēdam Huc ergo accedens hoc vehiculum conſcende (quoddam autem vehiculum mihi commōſtrauit ſubuolantibus quibuſdam equis qui Pegaſum illum referrent) vt cognoſcas qualia & q̄ta fueras ignoraturus ſi me modo non ſecutus eſſes. Vbi igitur aſcendiſſem ipſa currum agens aurigabatur itaq; in ſublime euectus ab ortu ſolis incipiens ad occaſum vſq; ciuitates,gentes,populoſq; ſpeculabar:neſcio quid in terrā vt Triptolem[9] ille iactitās:quid id em̄ ſeminis eſſet modo non ſuccurrit niſi ꝙ homines qui inferne erant id colligentes apprime commēdabant eoſq; quibuſcum volabam miris laudibus proſequebantur. Quæ quidem omnia mihi diſciplina

cōmonſtrans me vna cum hominibus illis qui ita me lauda=
bunt: conſtituit non hercle pannoſum vt antea cum volarem
ſed (vt mihi quidem videbatur) q̄ ornatiſſime cultum. Tum
vero adſtantem patrem apprehendens: meamq; illam precio=
ſam veſtem oſtēdens ei prædicebat in quem virum eſſem olim
euaſurus: quæq; haud multo poſt de me prædicarentur. Hæc
memini cum impubes adhuc eſſem: vt mihi quidem videtur
quippe qui flagrorum formidine etiam tum commouerer. At
interim dixerit aliquis huy q̄ prolixum hoc ſomniū eſt: & item
alius, q̄ hyemale (ꝙ tum prælongæ noctes ſint) & fortaſſe tri=
heſperum vt illa herculis nox fuiſſe perhibetur. Quid huic in
mentē venit vt iſta deliramēta corā nobis effutiret: & puerilē
noctē, ſomniaq; vetuſta & iā obſoleta refricaret. vana quippe
& frigida hæc ſunt. Non quæſo ſuorum nos ſomniorum con=
iectores aſſumpſit! Non ita bone vir, nō inquam, ſed vt Zeno
phon ſuum inſomnium enarrans, Quemadmodum ſibi vide
tur & in paterna domo, & quæ ſequuntur, ſcitis vt ſimulatio=
nem in ipſa rerum facie tunc non adſtrueret, nec illa vt nuga=
toria referret. Maxime cum in bello eſſet & in magno rerum
diſcrimine circunſtantibus quaqua verſum hoſtibus. Atqui
habuit hæc narratio aliquid vtilitatis. Pari ego ratione hoc vo
bis inſomnium recenſui hac potiſſimum gratia: vt adoleſcen=
tes ad meliora ſe conuertentes diſciplinam amplectantur, &
prę ſertim ne eorum quiſpiam paupertate deterritus, genero=
ſam naturam corrumpens ad humiliora atq; abiectiora defle=
ctat. Corroborabitur vero ſat ſcio quiſquis hanc fabellam au=
diens me ſibi velut archetypum ꝓponet: animaduertetq; qua
lis nunc ſim qui meam paupertatem nihil timens ad diſcipli=
nam me contulerim, qualiſq; nunc ad vos veniam: qui ſi nihil
aliud ſum, non ſum tamen vllo ſculptore abiectior minuſq;
inglorius.

Antypophora.

Tuet̄ ſe auctoritate zenophōti.

FINIS.

ADfero tibi muneris loco lõgęuos ornatiſſime Quin-
tille ſomnio quodam, vt id facerem admonitus: qđ
olim quidem vidi, viſumq́ʒ amicis expoſui quum al-
teri filio tuo nomen imponeres. Cęterũ cum cõiectare nõ poſ-
ſem: quoſnam longęuos deus me tibi iuberet offerre optabam
a diis vt tum tibi tum liberis tuis vitam q̃ longiſſimam darẽt:
ratus id expedire quũ vniuerſo mortalium generi, tum præci-
pue mihi, meiſq́ʒ omnibus. videbatur enim deus mihi quoq́ʒ
quiddam boni portendere. Deinde quum rem mecum expen-
derem, venit in mẽtem vero proximum eſſe id iubere deos, vt
viro litterarum ſtudioſo litterarum aliquid mitterẽ. Itaq́ʒ quũ
putem hũc diem tuorum natalium eſſe longe auſpicatiſſimũ,
dono tibi, eos qui proſpera corporis valitudine, mẽteq́ʒ integra
ad multam ſenectutem pertigiſſe narrantur. Maxime quũ ge-
minam quãdam ex hoc libro ſis vtilitatem percepturus. Nam
primum animi voluptatem nõnullam adferet ſpemq́ʒ bonam
pręebebit: vt te quoq́ʒ q̃ longiſſime viuere poſſe confidas. Dein
de exemplis non nihil eruditionis accedet, ſi cognoſces qui
maxime corporis & animi curam egerunt, eos incolumi pror-
ſus valetudine ad plurimam ſenectam perueniſſe. Neſtorem
igitur gręcorum ſapientiſſimum ad tres vſq́ʒ ętates pertigiſſe
narrat Homerus: quem nobis velut exemplar proponit homi-
nis optime & animo & corpore exercitati. Porro Tireſiam va-
tem ad ſextam ætatem veniſſe prodidit Tragœdia. Eſt autem
veriſimile virum diis dicatum puraq́ʒ vitę ratione vtentem Ti
reſiam q̃ diutiſſime vixiſſe. Quin & hominum genera quædã
tota longioris ęui referuntur eſſe ob vitę moderationem, quẽ-
admodum qui apud ægyptum Hierogrammates. i. ſacri ſcri-
bę vocãtur. Et apud Arabos fabularum interpretes. Apud in-
dos autem ii qui Bragmanes appellãtur, homines mire deditĩ

philoſophię ſtudiis. Præterea qui vocantur magi, genus diui-
num, diiſq; ſacrum. Tum & apud Perſas, Parthos, Bactros, Choraſmios, Areos, Sacas ac Medos atq; apud alios barbaros complures, ſunt & valentes & longæui propterea ꝙ & ipſi philoſophię ſtudio temperatiſſime viuant. Iam vero etiam nationes nõnullæ longiſſimę vitæ reperiuntur velut Seres quos litteris proditum eſt ad trecentos annos viuere, aliis cælo, aliis terrę longioris ęui cauſam aſcribentibus, aliis etiam vitæ moderationi. Aiunt enim totam hanc gentem aquæ potu vti. Item Athotas triginta ſupra centum annos viuere eſt in hiſtoriis. Prętere a Chaldęos centeſimum annum prętergredi fama eſt: atq; eoſdem pane hordeaceo veſci, tanq̃ id acuendo viſui conducat. Et ob hanc victus temperiem aiunt cæteris quoq; ſenſibus præter alios mortales valere. Et hactenus quidem de longęuitate generum ac nationum quas narrant viuaciſſimas eſſe ſiue propter terræ cœliq; naturam, ſiue propter vitę rationem vel propter vtrunq;. Ego vero tibi quoq; longę vitę ſpem merito facileq; iniecerim, ſi expoſuero quibuſlibet in terris & ſub quouis cœlo longęuos homines extitiſſe qui moderatis exercitationibus & vitæ ratione q̃ maxime ad bonam valetudinem idonea ſint vſi. Sic autem partiar ſermonem vt prima parte virorum ſtudia ſequar: primoq; tibi regum ac ducum exempla percenſebo. Quorum de numero eſt is quem auguſtiſſima magni diuiniſſimiq; imperatoris fortuna ad ſummũ euexit locum, eaq; re de orbe terrarum cuius eſt ipſe dominus, optime meritus. Sic enim fiet vt tu quoq; ad imitandum viuacium hominum habitudinem, ac fortunæ benignitatem reſpiciens, ſenectutem ſperes & ſanam & longam. Simulq; vitę moderationem æmulatus vitam tibi reddas & longiſſimam & ſaluberrimam. Numa Pompilius regum Romanorum feliciſſim⁹ maxime religioſi deorũ deditus vltra octogeſimũ annũ vixiſſe tradit. Seruius tullius rex & ipſe Romanorum octogeſimum item annum exceſſiſſe narratur. Tarquinius poſtremus.

romanorum rex in exilium actus & Cumis agens proſperrima
valetudine nonageſimum annum prętergreſſus legitur. Atqꝫ
hi ꝗdē reges Romani: ꝗbus annectā & cæteros reges ꝗ ad mul-
tam ſenectutem peruenerunt. Deinde vniuſcuiuſqꝫ ſubiiciam
exercitationes. Poſtremo & reliquos aſcribam Romanos ꝗ ad
longiſſimam ſenectutem peruenerunt, additis & iis qui ꝑ om-
nem reliquam Italiam q̃ diutiſſime vixerint. Reuincet enim ꝓ
babilibus argumentis hiſtoria eos qui cęlum hoc calumniari
conantur, vt ſperare poſſitis veſtra vota futura rata ꝗbus opta
tis vt vniuerſę terrę mariſqꝫ dominus ad longiſſimam vegetā
qꝫ ſenectam perueniat. Agathonium Tarteſiorum regem qn-
quaginta ſupra centum annos vixiſſe narrant Herodotus hi-
ſtoricus & Anacreon lyricus. Q̃q̃ hoc fabuloſum eſſe nonnul
lis videtur. Agathocles Siciliæ tyrannus annos natus nonagi
ta quinqꝫ mortu⁹ eſt, quēadmodum Demochares & Timęus
referunt. Hieron Syracuſanus tyrannus annos natus nonagin
ta duos morbo periit, Cum regnaſſet annos ſeptuaginta vt au
ctores ſunt Demetrius & Caliſtian⁹. Anteas ſcytharū rex ad
uerſus Philippum ad flumen iſtri pugnans cecidit, annos na-
tus pluſq̃ nonaginta. Bardilis Illyriorum rex narratur ex equo
pugnaſſe in eo ꝓlio qđ cum Philippo commiſit nonaginta p̄-
tergreſſ⁹ ānos. Teres Druſorum rex auctore Theopompo no
nagenarius diem obiit. Antigonus Philippi filius vnoculus,
Macedonum rex in phrygia contra Selerium ac Lyſimachum
pugnans multis vulneribus confectus periit annos natus vnū
& octoginta veluti refert Hieronymus qui ſub illo militauit.
Item Lyſimachus macedonum rex in pugna aduerſus Seleu-
con periit annū agens octogeſimum vt idem narrat Hierony
mus. Antigon⁹ autem filius Demetrii nepos Antigoni Luſci
quadragintaquattuor annis regnauit: vixit octoginta quēad
modum Medius aliiqꝫ hiſtorici litteris prodiderunt. Conſimi-
liter & Antipater Iolai filius qui plurimū valuit, multoſqꝫ ma
cedonum reges ſubuertit: peractis plus octoginta annis diem
obiit. Ptolemęus Lagi filius regum eius ætatis omnium fortu

natiſſimꝰ, ægyptiis imperauit octogintaquattuor annos, vi-
uuſq; tradidit ipſū Ptolemęo filio cui cognomē Philadelpho,
biennio ante mortē, qui ſolꝰ ex fratribus in paternū regnū ſuc-
ceſſit. Philęteos primꝰ Pergami regnauit cū eēt eunuchꝰ obiit
diē annos natus octoginta. Attalus cognomēto Philadelphꝰ
& hic Pergamenoꝝ rex ad quē & Scipio ductor Romanus pue
nit octogeſimoſecūdo anno vitā finiit. Mithridates rex ponti
cognomēto Criſtes cū Antigonū vnoculū fugeret in pōto diē
extremū obiit, annos natꝰ octogintaquattuor vt Hieronymꝰ
cęteriq; ſcriptores memorāt. Ariarathes Cappadocū rex duos
& octoginta vixit ānos, vt inqt Hieronymꝰ, fortaſſis victurꝰ
etiā diutiꝰ verū in pugna aduerſus Perdicā captus in crucē ſuf
fixus eſt. Cyrus pſarū rex ille priſcꝰ quēadmodū indicāt Aſſyri
orum litterę cū qbus ſentiꝛe videt̄ Oneſicritus q ſcripſit ferme
Alexādri tpibꝰ natꝰ annos rcētū quū ſingulos amicos reqſiſſet
cognouiſſetq; plęroſq; ſub latos a Cābyſe filio, iſq; diceret ſeſe
hoc ipſiꝰ iuſſu feciſſe, ptī male audiēs ob filii crudelitatē ptim
ſe ipſū vt deſipiſcētē icuſans vite diē obiit. Ataxerſes cognoīe
Moremon aduerſus quē Cyrus frater exercitū duxit, in perſis
regnās periit morbo ſex & octoginta natꝰ annos, aut vt refert
Dinon nonagintaquattuor. Ataxerſes alter Perſarū rex quem
Iſidorꝰ Charaunꝰ ſcripſit maiorū ſuoꝝ tpibꝰ regnaſſe, ānos na
tus nonagintatres, fratris Goſithri inſidiis ſublatus eſt. Synar
thocles Parthienſium rex ānū egreſſus octogeſimū a Sacaura
cibꝰ Scythis adactus regnare cœpit ac regnauit annos ſeptē.
Tigranes Armenioꝝ rex aduerſus quē Lucullꝰ bellū geſſit qn
q; & octoginta natꝰ annos ſupmū vitę diē obiit morbo abſum
ptus. Hiſpaſines Characis filius rex eoꝝ qui iuxta Erythrā ac-
colūt, octogintaquinq; natꝰ annos morbo vitā finiit. Tereus q
poſt Hiſpaſinē tertius regnauit nonageſimoſecūdo vitę anno
morbo interiit. Artabazus is qui ſeptimus poſt Tereum impe
rauit Characi ſex & octoginta annorum, aſcitus a Parthis im-
perium tenuit. Mnaſcires rex Parthienſium ſex ſupra nonagin
ta vixit annos, Maſſiniſſas Mauruſiorum princeps nonaginta

vixit ānos. Aſander aūt qui pro pſide vocatus eſt rex Boſpho
ria diuo Auguſto cū eſſet ferme nonagenariꝰ nemini cedebat
vel equeſtri pugna vel pedeſtri. Is cū vidiſſet milites in pugna
ad Scribonium deſciſcere ſpontanea inedia periit annos natꝰ
nonaginta tres. Soęſus vti refert Iſidorus Characenus ſuis tē
poribus Manon dictus aromatarii filius, cum annos regnaſſet
quindecim, vixiſſetqꝫ centum, morbo interiit. Atqꝫ hos qdē
reges longęuos maiores noſtri prodiderunt. Iam & de philoſo
phis cæteriſqꝫ litterarum ſtudioſis, qui valitudinis curam agē
tes ad longam ſenectutem peruenerunt commemoremꝰ quo-
rum apud ſcriptores fit mentio, & primo quidem loco de phi-
loſophis. Democritus igitur Abderita annos natus centū &
quattuor cibo abſtinens vitam finiit. Xenophilus muſicus vt
auctor eſt Ariſtoxenus, Pythagoricę addictus philoſophię vi-
xit Athenis vltra centū annos & quinqꝫ. Solon, Thales, & Pit
tacus qui de numero ſeptem ſapientum fuerunt, vixerunt ſin
guli centū annos. Zenon ſtoicę ſcholę Priceps annos vixit no
naginta: de quo referunt quū in concionem ingreſſus prola-
pſus eſſet dixiſſe: quid me vocas? deinde domū regreſſus ac ci
bis abſtinēs vitam finiit. Cleanthes Zenonis diſcipulus ac ſuc
ceſſor nonaginta nouem natus annos bubonem habebat ī la-
bro atqꝫ obduruit. Deīde quū ad eū allatę eēnt epiſtolę quędā
ab amicis rurſum accepto cibo pactiſqꝫ iis q̄ poſtulabant ami-
ci denuo cibo abſtinēs vitam reliquit. Xenophanes Dexini fi
lius, Archelai phyſici diſcipulꝰ vixit ānos nonagintavnū. Xe
nocrates Platonis diſcipulus obiit natꝰ annos octogintaquat
tuor. Carneades poſterioris Academię priceps ānos vixit octo
ginta qnqꝫ. Chriſippꝰ octogita vnū. Diogenes Seleucēſis Tri
gi oriundus ſtoicus philoſophus octogintaocto. Poſidonius
Apameus, ea eſt Syrię ciuitas, lege Rhodius, idemqꝫ philoſo
phus & hiſtorię ſcriptor octogitaquattuor. Critolaus peri-
pateticus ſupra octoginta duos. Plato ille diuinus, octogin-
tavnū Athenodorus Sandonius Tarſenſis ſtoicus qui & præ-
ceptor fuit Cęſaris diui Auguſti, a quo Tarſenſiū ciuitas a tri

butis immunis eſt reddita, cum annos vixiſſet octogintaduos in patria mortem obiit, eiq; Tarſenſiũ populus quotannis honores pſoluit vt diuo. Neſtor ſtoicus Tarſenſis p̃ceptor cęſaris Tiberii annos vixit nonagintaduos. Xenophon Grilli filiꝰ vltra annos nonaginta vixit. Atq; ii quidẽ inter Philoſophos celebres. Porro ex ſcriptoribus Cteſibius centum & vigintiquattuor natus annos in ambulatione periit quẽadmodum in Analibus narrat Apollodorus. Hieronymus in bellis verſans ac plurimis exhauſtis laboribus vixit annos quattuor ſupra centum veluti narrat Agatharchides in nono Aſiaticę hiſtoriæ libro: virumq; admiratur qui ad extremum vſq; vitæ diem in coitu valuerit, nec vllo corporis organo factꝰ ſit debilior. Hellanicus Caſbius octogintaquinq;. Pherecides Syrus totidem peregit annos. Timeus Tauromenita nonagintaſex. Ariſtobulus Caſadrenſis vltra annos nonaginta vixiſſe legitur. Cæterum annum agens octogeſimumquartum hiſtoriam conſcribere aggreſſus ẽ quẽadmodum ipſe operis ĩitio teſtatur. Polybius Lycortæ filius Megalopolitanꝰ rure rediens ex equo decidit atq; inde contracto morbo periit ãnos natus octogintaduos Hypſicrates Amiſenos hiſtoriæ ſcriptor vir multarum diſciplinarum peritus annos vixit nonagintaduos. Ex rhetoribus Gorgias quem nonnulli ſophiſtam vocant centum & octo natus annos cibo abſtinẽs periit. Ab hoc quũ q̃reret Cur ad tantam ſenectutem perueniſſet cum tanta ſenſuum omnium integritate, reſpondiſſe ferunt ꝙ nunq̃ ſeſe aliorum conuiuiis miſcuiſſet. Iſocrates nonagintaſex natus annos panegyricam orationem ſcripſit, anno vero vndecenteſimo vt cognouit Athenienſes in prelio iuxta Cheroneam commiſſo ſuperatos a Philippo deos obteſtatus Euripideum verſiculum ſubiecit eum ad ſeſe referẽs. Sidoniam olim Cadmꝰ vrbem deſerẽs, addenſq; futurum vt græcia ſeruiret, vita defunctus eſt. Apollodorus Pergamenius rhetor q fuit diui cæſaris Auguſti p̃ceptor vna cũ Athenodoro Philoſopho Tarſenſi illũ erudiit, annos vixit octogintaduos. Potamon orator haud obſcurꝰ ãnos

nonaginta. Sophocles Tragœdiarum ſcriptor acino vuę in potu hauſto ſuffocatus eſt annos natꝰ nonaginta quinqꝫ. Hic ab Iophonte filio in extrema ętate accuſatus dementię iudicibus Tragœdiam cui titulus Oedipus in Colono legit, ipſa fabula demonſtrans ſe ſanæ mẽtis eſſe, adeo vt iudices ſupramodum admirati, filium ipſum dementiæ condemnauerint. Cratinus comœdiarũ ſcriptor ſeptem & nonaginta vixit annis. Is quũ in fine vitæ pugilarem artem didiciſſet, viciſſetqꝫ, paulopoſt diem obiit. Philemon comicus eodẽ modo quo Cratinꝰ ſeptẽ & nonaginta peractis annis decũbebat in lecto quietus: quũqꝫ vidiſſet aſinum ficos ſibi paratas edẽtẽ, in riſum cõcitatus eſt, vocatoqꝫ miniſtro multo ac ꝑpetuo riſu iuberet vt aſino merum porrigeret riſu pręfocatꝰ interiit. Epicharmus comicus & ipſe annos nonaginta ſeptem vixiſſe legitur. Anacreon lyricus poeta vixit annos quinqꝫ & octoginta. Steſichorus lyricus totidem. Simonides cous vltra nonaginta. Ex grammaticis vero Agathoſthenes Cyreneus Aglai filius quem non grammaticum modo verũ etiam poetã recte quis dixerit ac philoſophũ, neqꝫ nõ geometram, octoginta duos vixit annos. Lycurgus legum lator apud Lacedęmonios octogĩta quinqꝫ annos vixiſſe legitur. Hi ſunt principes ac docti quos in præſentia potuimꝰ colligere. Sed quoniam polliciti ſumus nos recenſuros etiã lõgęuos aliquot ex his qui romani atqꝫ italiam incoluiſſent, hoc tibi fauentibus diis in altero libello exponemus.

## Domino Monloio Geruaſius. S. D.

ETſi nõnulla videnť diſſuadere vt hãc orationẽ meis lucubratiũculis inſeram vnice litteratorũ Mecœnas, non putaui tamẽ cõmittendũ vt tãto fructu ſtudioſi adoleſcẽtes fruſtrarẽtur. Nã ꝙ laborum meorũ nõ ſit (qđ ego ingenue fateor vt tute noſti) nõ adeo me mouit quo minꝰ impreſſioni

darem. Siquidem in hac parte viſum eſt præſtantius (quod Plynius ait) vel faſtidio calumniam ſubire, nimiaq; diligentia inſimulari q̃ communis ſtudioſorũ vtilitatis non rationem habere. Hoc itaq; doctum & vtile opus quod olim in tuo muſeo inter chartulas offendi ſiue a domino Eraſmo (neq; enim mihi ſatis conſtat) ſiue ab alio quopiam profectum publicandum curaui, hac lege vt eo interea ſtudioſi fruantur, & illiꝰ auctor tanq̃ ſuum vbi lubebit aſſerere queat. Bene Vale.

Eraſmus Chriſtiano ſuo. S.D.

QVum te incredibili quodam litterarum ardore flagrare minime dubitarem. N. nõ vulgaris amice, hortatione nihil opus eſſe putaui, ſed eius quã ingreſſus eſſes viæ duce modo ac tanq̃ indice id mei officii eſſe iudicaui videlicet vt tibi homini non modo multis modis copulatiſſimo verum etiam iucundiſſimo veſtigia quibus ipſe a puero eſſem ingreſſus commonſtrarem. Quæ ſi tu pari cura accipias atq; ego dicturus: ſum futurum confido: vt neq; me monuiſſe, neq; te paruiſſe pœnituerit.

PRima igitur cura ſit vt pręceptorẽ tibi eligas q̃ eruditiſſimum. Neq; enim fieri poteſt vt is recte quenq̃ erudiat: qui ſit ipſe ineruditus. Quem ſimul atq; nactus eris fac omnibus modis efficias vt ille patris in te, tu filii in illũ viciſſim induas affectum. Ad quod quidem quum ipſa honeſti ratio nos debet adhortari (q; non minus debeamus iis a quibus recte viuendi rationem q̃ a quibus viuendiꝰ initia ſumpſi-

mus)tum mutua iſta beniuolentia tantum ad diſcendum ha
bet momenti vt fruſtra litterarum ſis præceptorem habiturus
niſi habueris & amicum. Deinde vt te illi & attentũ & aſſiduũ
præbeas. Contentione enim immodica nonnunq̃ obruuntur
ingenia diſcentium. Aſſiduitas vero & mediocritate ſua per=
durat & quotidianis exercitationibus maiorem opinione acer
uum accumulat. Sacietate quum omnibus in rebus tum in lit
teris nihil perniciofius. Laxanda eſt igitur aliquoties illa ſtu=
diorum contentio, intermiſcendi luſus, ſed litterales, ſed litte
ris digni, & ab his non nimis abhorrentes immo mediis ipſis
ſtudiis perpetua quędam voluptas admiſcenda eſt, vt ludum
potius diſcendi q̃ laborem exiſtimemus. Nihil enim perdiu
fieri poteſt quod non agentem aliqua voluptate remoretur.
Optima quæq; ſtatim ac primum diſce. Extremæ eſt demen=
tiæ diſcere dediſcenda. Quod in curando ſtomacho ſolent
præcipere medici: idem tibi in ingeniis ſeruandum puta. Ca=
ue aut noxio, aut immodico cibo ingenium obruas, vtroq;
enim iuxta offenditur. Ebrardum, Catholicon, Brachiloquũ
cæteroſq; id genus quos percenſere neq; poſſum neq; operępre
cium eſt iis relinquito quos barbariem immenſo labore diſce=
re iuuat. Initio vero non q̃ multa ſed q̃ bona percipias referat.
Sed iam rationem accipe qua poſſis non ſolum rectius ſed etiã
facilius diſcere. Hoc enim in homine artifice præſtare ſolet
artis ratio vt tantundem operis quum rectius expeditiuſq;
tum leuius etiam efficiat. Diem tanq̃ in operas partire: id
quod & a Plynio Secundo, & a Pio Pontifice maximo viris

omnium memoria præſtantiſſimis factitatum legimus. Principio quod caput eſt præceptorem interpretantem non attentus modo, ſed & auidus auſcultato. Non attẽtus impigre ſequi diſſerentẽ, aliquoties ꝓuolare cõtẽde. Oĩa illiꝰ dicta memorię ꝑcipua etiã litteris mãdabis, fideliſſimis vocũ cuſtodibus. Quibus rurſus ita cõfidas caue, vt diues ille ridiculꝰ apđ Senecã q ſic animũ induxerat vt ſe tenere crederet qcqd ſeruorũ quiſq̃ meminiſſet. Noli committere vt codices eruditos habeas ipſe ineruditꝰ. Audita ne effluant, aut apud te aut cum aliis retracta: nec his quidẽ cõtentus aliquã temporis partem tacitę cogitationi tribuere memento. Quã vnã diuus Aurelius tum ingenio, tum memorie in primis conducere ſcripſit. Conflictatio & tanq̃ palęſtra ingeniorum neruos animi pręcipue tum oſtendit, tum excitat, tum adauget. Nec ſciſcitari ſi quid dubitas, nec caſtigari ſi qd errabis, ſit pudor. Nocturnas lucubrationes atq; intempeſtiua ſtudia fugito. Nam & ingenium extingunt, & valetudinem vehementer offendunt. Aurora muſis amica eſt, apta ſtudiis. Pranſus aut lude, aut deambula, aut hylariꝰ cõfabulare. Quid'q; inter iſta quoq; ſtudiis locus eſſe poteſt. Cibi non q̃tum libidini ſed quãtũ valetudini ſatis eſt ſumito Sub cœnam pauliſper inambula. Cenatus idem facito. Sub ſomnũ exquiſiti quippiam ac dignũ memoria legito. De eo cogitãtem ſopor opprimat: id experrectꝰ a te ipſo repoſces. Plynianum illud ſemper animo ĩſideat tuo Omne perire tempus qđ ſtudio non impartias. Cogita iuuenta nihil eſſe fugacius, quæ vbi auolauerit ſemel, redit nunq̃. Sed iã

hortator eſſe incipio indicem pollicitꝰ. Tu ſuauiſſime.N.hāc formam aut ſi quam poteris meliorem ſequere.Ac bene vale.

### Prȩceptiuncula, quis ſit modus Lectionis repetendȩ.

QVibuſdam prima ac vnica fere cura ē ſtatim ad verbum ediſcere.Qđ equidem non probo.Eſt enim tū magni laboris,tum fructꝰ prope nullius. Quorſum enim attinet pſitaci more verba non intellecta reddere?Commodiorem igitur.N.viam accipe.Lectionem quidem auditā continuo relege,ita vt vniuerſam ſententiam paulo altiꝰ animo infigas.Deinde a calce rurſus ad caput redibis:& ſingula verba excutere incipies,ea dūtaxat inquirens quæ ad grammaticam curam attinent:videlicet ſi quod verbum ſit obſcurȩ aut ancipitis deriuationis, Si etheroclitȩ declinationis ,qđ ſupinum quod prȩteritum faciat,quos habeat maiores, quos nepotes,quā conſtructionē,quid ſignificet & eiuſmodi nonnulla.Hoc vbi egeris rurſum de integro percurrito ea ſam potiſſimum inquirens quæ ad artificium rhetoricum ſpectant, ſi quid venuſtius,ſi quid elegantius, ſi quid concinnius dictum videbitur annotabis indice aut aſteriſco appoſito. Verborum cōpoſitionē incipies:orationis decora ſciſcitabere :Authorum conſilium indagabis:q̄ quicqd ratione dixerint. Vbi quid te delectauerit vehementius,caue præter caſam (quod aiunt)fugias,fige pedem ,ac abs te ipſo rationem exige quare tantopere ſis ea oratione delectatꝰ.Cur non ex cæteris quoq;

parem ceperis voluptatē.Iuuenies te aut acumine,aut exorna
tione aliqua oratoria,aut cōpoſitiōis harmonia aut(ne omnia
perſequar)ſimili quadā cauſa cōmotum fuiſſe. Q̃ ſi aliquod
Adagiū,ſi quæ ſentētia,ſi qđ prouerbiū vetus,ſi qua hiſtoria,
ſi qua fabula,ſi quę ſimilitudo non inepta Si quid breuiter acu
te aut alioqui ingenioſe dictum eſſe videbiť,id tanq̄ theſaurū
quendā animo diligēter reponēdum ducito ad vſum.i.ad imi
tationē.His diligēter curatis ne pigeat quarto iterare. Nā hoc
habent eruditorū virorū ſummo ingenio,ſummis vigiliis elu-
cubrata ſcripta, vt millies relecta magis magiſq; placeāt:ſem-
perq; admiratori ſuo nouū miraculū oſtēdāt. Id qđ tibi ī tabu
la tua:ſępe mihi nec ſine cauſa laudata euenire ſolet, qđ antea
nō aīaduertiſſes. Idem tibi multo amplius in bonis authorib⁹
eueniet.Releges igitur quarto ac quę ad philoſophiam,maxi-
me vero Aethicen referri poſſe videātur circūſpicies. Si qđ ex-
emplum. qđ morib⁹ accōmodari poſſit. Quid autē eſt de quo
non vel exemplum viuendi,vel imago quędam,vel occaſio ſu-
mi queat? Nam in aliorū pulchrę ac turpiter factis quid deceat
quid non, iuxta videmus. Hæc ſi facies iam vel edidiceris, q̄q̄
aliud egiſti. Tum demum ſi libet ad ediſcendi laborem accedi-
to: qui tum aut nullus erit aut certe perq̄ exiguus. Quid de-
inde? Reſtat vt cum ſtudioſis congrediaris, tuas annotatio-
nes in medium proferas, viciſſimq; illorum audias. Alia lau-
dabis, Alia reprehendes,tua partim defendes,partim caſtiga-
ri permittes. Poſtremo quod in aliis laudaſti,tuis in ſcriptis
imitari conaberis.

## Vtrum ſecreta ſtudia plus cõducant q̃ conflictatio illa, an contra.

SEcreta ſtudia a doctis laudantur, at ita vt poſtea e latebris in harenam prodeamus, viriũq; noſtrarum periculum faciamus. Ad quod ſapientiſſime a Socrate eſt dictum. Experiamur vtrum partus ingeniorum vitales ſint, inanem obſtetricum induſtriã imitati. Quare alternatim vtriſq; vtetur, qui non vulgariter volet euadere doctus.

## Compendiaria quędam vitæ inſtitutio cõpoſita ab Eraſmo nec vnq̃ hactenus impreſſa.

PRincipio eum animum indue qui nihil acerbum nihil durũ exiſtimet quod ſit honeſtum, qui nullo vel metu deterritꝰ, vel ſpe captꝰ, ab officio deflectat. Cũ optimos adiungito. Malos ne laceſſito. Tua ne iactites. Aliena ne carpas. Fac cur omnibus ſis anteponendus, ipſe te prę feras nemini. Amicum ita ames tanq̃ aliquando oſurus, inimicũ ita oderis tanq̃ olim amaturus. Cũ bonis officiis certa. Nemini aduerſeris. Omnibus te affabilem prębeas & comem. Domi hylaris, foris compoſitus. Nemini tua arcana cõmittas: memor q̃ fallax ſit multorum amicitia. Beneficium confer libẽter, inuitus accipe. Moroſitatem in primis fuge. Officiorum diutiſſime meminiſſe oportet. Iniuriarum facile obliuiſci. Gloriam ſi contemnes vltro te ſequetur. Sin ſequeris fugiet ſequentem. Nihil ſit tibi tempore ſumptuoſius. Diem in operas partire. Ieiunus ſtude aut ſcribe. Pranſus hylariora quædam agito. Ceſſa nũq̃. His rationibus ſi diligenter vteris, & animi tranquillitati cõ-

ſules, & charus q̃ plurimis, nemini odioſus eſſe poteris. Corpus vero moderatis agitationibus exerce, ne vel ignauia torpeſcat, ne ve immodicis laboribus frangatur. Cibus ſit temperatus & tempeſtiuus. Prande liberalius. Cœna parcius. Potus non q̃tum libidini, ſed q̃tum naturæ ſatis eſt ſume.

FINIS.

[redacted]

fiat volūtas tua dn̄e Ihesu.

domine dn̄s nr̄. Ffiat

8 gloria

Ffiat volūtas tua dn̄e Ihesu.

Miserere mei deus secundū magnā misericordiā tuā.

Dn̄e miserere.

Turpe non putaram, Asperges me dn̄e hysopo & mundabor lauabis me

Edentuli mādurātib inuident
a ꝑ aestas
pulchrū veris pulcher ē autumnus
Suus cuiq animum raptus

Q DNE

Dabit

bene oīa fecit.

Ver Herm. Cas — Bur — Turpe, nōn putaram,

A Dabit tibi dn̄s deus benedictione

Turpe

Turpe nō putar

E. 50.
inc.